Confide filia fides tua te saluam fecit / Et salua facta est mulier
ex illa hora Et cum venisset ihesus in domum principis et vidisset
ibi tibicines et turbam tumultuantem dicebat Recedite non est
enim mortua puella sed dormit / Et deridebant eum scientes
quod mortua esset Et cum eiecta esset turba intrauit et tenuit ma
num eius et dixit puella surge et surrexit puella / Et exiit fama hec in vniuersam
terram illam Et transeunte inde ihesu secuti sunt eum duo ceci clama=
tes et dicentes / miserere nostri fili dauid Cum autem venisset domum
accesserunt ad eum ceci / et dixit eis ihesus Creditis quia possum hoc

vobis facere / Dicunt ei utique domine / Tunc tetigit oculos eorum dicens
Secundum fidem vestram fiat vobis / Et tunc aperti sunt oculi eorum / et comminatus
est eis ihesus dicens / Videte ne quis sciat / Illi autem exeuntes diffa
mauerunt eum in tota terra illa / Egressis autem illis Ecce obtulerunt
ei hominem mutum et demonium habentem / Et eiecto demone lo
cutus est mutus / et mirate sunt turbe dicentes / quia numquam apparuit
sic in israhel / pharisei autem dicebant / In principe demoniorum eicit
demones / Et circuibat ihesus omnes ciuitates et castella docens
in synagogis eorum et predicans evangelium regni / et curans omnem
languorem et omnem infirmitatem / Videns autem turbas ihesus mi
sertus est eis quia erant vexati et iacentes sicut oves non haben
tes pastorem / Tunc dicit discipulis suis / Messis quidem multa / operarii
autem pauci / Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in mes
Et conuocatis xii discipulis suis dedit x c / sem suam
illis potestatem spirituum inmundorum ut eicerent eos et ut curarent
omnem languorem / et omnem infirmitatem in populo / Duodecim autem

nomina apostolorum sunt hec, primus symon qui dicitur petrus / et andreas frater
eius / iacobus zebedei et iohannes frater eius / Philippus et bartho
lomeus thomas et matheus publicanus / iacobus alphei et thadeus
Symon cananeus et iudas scariotis qui et tradidit eum / hos xij
misit ihesus precipiens eis et dicens / In viam gentium ne abieritis
et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis / sed potius ite ad oues
que perierunt domus israel / Euntes autem predicate dicentes appropinq
uit regnum celorum / Infirmos curate mortuos suscitate . leprosos
mundate . demones eicite / gratis accepistis gratis date / Nolite pos
sidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris Non
peram in via neque duas tunicas neque calciamenta / neque uirgam / Di
gnus enim est operarius mercede sua cibo suo / In quamcumque ciuitatem
intraueritis aut castellum / interrogate quis in ea dignus sit / et ibi ma
nete donec exeatis / Intrantes autem in domum salutate eam dicentes
Pax huic domui / et si quidem fuerit digna illa domus / veniet
super eam pax vestra Si autem non fuerit digna / pax vestra ad vos reuertetur

Et quicumque non receperit vos neque audierit sermones vestros exeuntes
foras de domo vel de civitate excutite pulverem de pedibus
vestris in testimonium eorum. Amen dico vobis tollerabilius erit terre
sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam illi civitati. Ecce ego
mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes
sicut serpentes et simplices sicut columbe. Cavete autem ab hominibus
Tradent enim vos in conciliis et in synagogis suis flagellabunt vos. Et
i. iudeis qui vos ducent in testimonium malicie eorum
ad presides et ad reges ducemini propter me in testimonium illis et
qui vos flagellabunt et non tantum
gentibus. Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini
Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis
qui loquimini. Sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrem
in mortem et pater filium. Et insurgent filii in parentes et morte affi
cient eos. Et eritis odio hominibus omnibus propter nomen meum. Qui autem
scilicet in gratia perseverando et non similiter succumbendo — scilicet quia finis non pugna coronat
perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Cum autem persequentur
vos in civitate ista fugite in aliam. Amen dico vobis non
consummabitis civitates israel donec veniat filius hominis. Non est discipulus

persecucio non solum iudeis et gentibus eorum malicie sed etiam ipsis apostolis fit in testimonium eorum innocentie. Et ita persecutio apostolorum fuit in testimonium dampnacionis et malicie persecutorum, et in testimonium innocentie et salutis ipsorum passorum

sup magistrum nec servus sup dominum suum / sufficit discipulo ut sit sicut
magister eius / et servus sicut dominus eius Si patremfamilias beelzebub
vocaverunt quanto magis domesticos eius Ne ergo timueritis eos
Nichil enim est opertum quod non reveletur et occultum quod non sciatur /
Quod vobis in tenebris dico / dicite in lumine / et quod in aure au-
ditis predicate super tecta / Et nolite timere eos qui occidunt corpus /
animam autem occidere non possunt / Sed potius eum timete qui potest et animam et corpus
perdere in iehennam Nonne duo passeres asse veneunt Et unus
ex illis non cadet super terram sine patre vestro / vestri autem et capilli
capitis omnes numerati sunt Nolite ergo timere multis passeribus
vos meliores estis Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus con-
fitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est / Qui autem
negaverit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre meo qui
in celis est Nolite arbitrari quia venerim mittere pacem in terram Non
veni pacem mittere sed gladium Veni enim separare hominem adversus
patrem suum / et filiam adversus matrem suam / et nurum adversus

i matrē marito · seᵃ corporalr et aliqᵇ vel fide vel religione · Ma · i · familiares non sunt mᵉ vos nisi pares esse

socrū suā et inimici hominis domestici eius Cui amat prem

aut mr̄em pl9 q̄ me non est me dignus Et qui amat fi

liū aut filiā sup me non est me dign9 Et q̄ nō accipit crucē

suā et seq̄t me non est me dign9 Qui inveīt aīaʒ suā

pdet illā Et q̄ pdiderit aīaʒ suā ppter me inveniet eā

Qui recipit vos me recipit Et q̄ recipit me recipit eum

qui me misit Qui recipit pphām in noīe pphe mercedē

pphe accipiet Et q̄ recipit iustū in noīe iusti mercedē iusti

accipiet Et q̄cūq̄ potū dederit vni ex minimis meis istis ca

licē aque frigide tm̄ in nomie discipli Amē dico vob non

ET factū est cū cōsūasset ihūs / Capitlm xi / pdēs mādās suā

sermoēs suos p̄cipiēs xii discipulis suis transiit inde ut do

ceret et predicarē in civitatib9 eoꝝ Iohes autē cū audisset

in vinculis opa xpi mittēs duos de discipulis suis ait illi

Tu es qui venturus es an aliū expectam9 Et rn̄dens ihūs

ait illis Euntes renunciate Iohī q̄ᵉ audistis et vidistis

ceci vident/ claudi ambulant leprosi mundantur/ surdi audiunt/ mor
tui resurgunt/ pauperes euangelizantur/ Et beatus est qui non fuerit scandali
zatus in me. Illis autem abeuntibus cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne
Quid existis in desertum uidere arundinem vento agitatam Sed quid existis
in desertum uidere hominem vestitum mollibus/ Ecce qui mollibus ve-
stiuntur in domibus regum sunt Sed quid existis uidere prophetam/ Etiam
dico vobis et plus quam prophetam/ Hic est enim de quo scriptum est Ecce
ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam
ante te Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum
maior iohanne baptista Qui autem minor est in regno celorum maior
est illo. A diebus autem iohannis baptiste usque nunc regnum celorum vim
patitur et violenti rapiunt illud Omnes enim prophete et lex usque ad
iohannem prophetauerunt/ Et si vultis recipere ipse est elyas qui venturus
est/ Qui habet aures audiendi audiat Cui autem similem existima-
bo generationem istam Similis est pueris sedentibus in foro Qui
clamantes coequalibus dicunt/ Cecinimus vobis et non saltastis

lamentaui [vobis] et no planxistis / Venit enim iohes neque manducans
neque bibens et dicit demonium habet / Venit autem filius hominis
manducans et bibens et dicit / Ecce homo vorax et potator vini
publicanorum et peccatorum amicus / et iustificata est sapientia a filiis
suis Tunc cepit exprobrare civitatibus in quibus facte sunt plurime v[ir]-
[idem luce 10]
tutes eius quia non egissent [penitentiam] / Ve tibi corozaim ve tibi beth-
saida / quia si in tyro et sydone facte fuissent virtutes que facte
sunt in vobis olym in cilicio et cinere penitentiam egissent / Verumtamen
dico vobis tyro et sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis
Et tu capharnaum nunquid usque in celum exaltaberis [sed et] usque in infernum
descendes / Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte
sunt in te / forte mansissent usque in hac die Verumtamen dico vobis
quia terre sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi / In illo
[idem luce 10]
tempore rindens ihesus dixit Confitebor tibi pater domine celi et terre
quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea
parvulis / Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te Omnia m[ihi]

tradita sunt a patre meo / Et nemo novit filium nisi pater neque patrem
quis novit nisi filius Et cui voluit filius revelare / venite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis / Et ego reficiam vos / Tollite
iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis
corde et invenietis requiem animabus vestris / iugum enim meum suave est et onus
In illo tempore abiit ihesus sabbatho per sata / xii capitulum / meum leve est
discipuli autem eius esurientes ceperunt / vellere spicas et manibus
ducare / pharisei autem videntes dixerunt ei / Ecce discipuli tui
faciunt quod non licet facere eis sabbatis At ille dixit eis Non
legistis quid fecit david quando esuriit et qui cum eo erant et quomodo
intravit in domum dei / et panes propositionis / accepit et comedit / quos
non licebat ei edere neque hiis qui cum eo erant nisi solis sacerdotibus
Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum
violant et sine crimine sunt / Dico autem vobis quia templo maior est
hic Si autem sciretis quid est misericordiam volo et non sacrificium / numquam
condempnassetis innocentes dominus est enim filius hominis etiam sabbati

Et cum inde transisset ihesus venit in synagogam eorum. Et ecce
homo habens manum aridam [erat ibi] et interrogabant eum dicentes Si licet sab
batis curare ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis Quis erit ex
vobis homo qui habet [abeat] ovem unam et si ceciderit hec sabbatis in foveam
Nonne tenebit eam et levabit eam. Quanto magis est homo melior
ove. Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini Extende ma-
num tuam et extendit et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes
autem pharisei consilium faciebant adversus eum quomodo eum perderent. Ihesus autem
sciens recessit inde. Et secuti sunt eum multi infirmi et curavit eos omnes
Et precepit eis ne manifestum eum facerent ut adimpleretur quod dictum
est per ysaiam prophetam dicentem Ecce puer meus quem elegi di-
lectus meus in quo bene complacuit anime mee. Ponam spiritum meum
super eum et iudicium gentibus nunciabit. Non contendet neque cla-
mabit neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem
quassatam non confringet et [aliquid] linum fumigans non extinguet
Donec eiciat ad victoriam iudicium. Et in nomine eius gentes

thes

spabur Tunc oblatus est ei ho demoniu habens cecus et mutus /
et curavit eum ita ut loqueretur et videret / Et stupebant omnes turbe
et dicebant Numquid hic est filius david / pharisei autem audientes
dixerunt / Hic non eicit demonia nisi in belsebub principe de-
moniorum Ihesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis / Omne regnum
in se ipso divisum desolabitur / Et omnis civitas vel domus contra se divi-
sa non stabit / Et si sathanas sathanam eicit adversus se divisus est
Quomodo stabit regnum eius Et si ego in belsebub eicio demones
filii vestri in quo eiciunt / Ideo ipsi iudices vestri erunt Si autem ego
in spiritu dei eicio demones igitur perfecto in vos pervenit regnum dei
Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et vasa eius di-
ripere nisi prius alligaverit fortem / et tunc domum illius diripiet /
Qui non est mecum contra me est / Et qui non congregat mecum spar-
git / Ideo dico vobis / Omne peccatum et blasphemia remittetur homi-
nibus Spiritus autem blasphemie non remittetur et Et quicumque dixerit
verbum contra filium hominis remittetur ei Qui autem dixerit contra spiritum

[illegible]

[illegible]

sanctu no remittet ei neqz in hoc seclo neqz i futo Aut facite
arbore bona et fructu eius boni Aut facite arbore malam
et fructu eius malu Siquide ex fructu arbor cognoscit' Progenies
viperarum quo potestis bona loqui cu sitis mali Ex abundantia em
cordis os loqr' Bonus ho de bono thezauro pfert bona et malus
ho de thezauro malo pfert mala Dico aute vobis qm omne ve
rbu ociosu qd locuti fuerint homines reddet de eo ratio
in die iudicij Ex vbis em tuis iustificaberis et ex vbis tuis condep
naberis Tunc rnderut ei quidam de scribis et phariseis dicetes
Magister volumus signu a te vide Qui rndens ait illis
Generatio mala et adultera signu qrit et signu no dabit
ei nisi signu ione pphe Sicut em fuit ionas in ventre ceti
ceti trib9 dieb9 et trib9 noctib9 Sic erit filius hois i corde
tre tribus dieb9 et trib9 noctib9 Viri niniuite surgent in iudicio
cu generatione ista Et condepnabut eam qr penitentia egerunt in
pdicatione ione Et ecce plusq ionas hic Regina austri surget

theus

in iudicio cum generatione ista / Et condempnabit eam / quia venit a fi
nibus terre audire sapientiam salomonis / Et ecce plus quam salomon hic. Cum
autem inmundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida
querens requiem et non invenit / tunc dicit Revertar in domum me
am unde exivi et veniens invenit eam vacantem scopis mundatam
et ornatam / Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequio
res se / Et intrantes habitant ibi / et fiunt novissima hominis illius
peiora prioribus / sic erit et generationi huic pessime Adhuc eo
loquente ad turbas ecce mater eius et fratres eius stabant foris querentes
loqui ei Dixit autem quidam ei / Ecce mater tua et fratres tui foris stant quere(n)
tes te loqui. At ipse respondens dicenti sibi ait / Que est mater mea et que sunt fratres
mei Et extendens manum in discipulos suos dixit / Ecce mater mea
et fratres mei Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui est
in celis ipse est frater meus et soror et mater mea est. xiii c

In illo die exiens ihesus de domo sedebat secus mare et
congregate sunt ad eum turbe multe ita ut in naviculam ascendens.

ma

in nauiculam sederet / et omnis turba stabat in littore / et locutus est eis

multa in parabolis dicens / Ecce exiit qui seminat seminare seme

suum / Et dum seminat queda ceciderunt secus viam et venerunt

volucres celi et comederunt ea / Alia autem ceciderunt in petrosa / loca

vbi non habebant multam terram / et continuo exorta sunt quia non habebat

altitudinem terre / Sole autem orto estuauerunt / Et quia non habebat radicem

aruerunt / Alia autem ceciderunt in spinas / et creuerunt spine / et suf

focauerunt ea / Alia autem ceciderunt in terram bonam et dabant fructum

/ aliud centesimum / aliud sexagesimum / aliud tricesimum / Qui habet

aures audiendi audiat / Et accedentes discipuli eius dixerunt

ei / quare in parabolis loqueris eis / Qui respondens dixit eis Quia

vobis datum est nosse misteria regni celorum illis autem non est

datum / Qui enim habet dabitur ei et habundabit / Qui autem non habet et

19 quod videtur habere auferetur ab eo / Ideo in parabolis loquor eis / quia videntes

non vident / et audientes non audiunt neque intelligunt ut adimple

atur in eis prophecia ysaie dicentis / Auditu audietis et non intelligetis

theus

videbitis et
et videntes non videbit. Incrassatum est enim cor populi huius et au-
ribus graviter audierunt et oculos suos clauserunt nequando videant oculis
et auribus audiant et corde intelligant et convertantur et sanem eos
Vestri autem oculi beati quia vident. et aures vestre quia audiunt. Amen quippe
dico vobis quia multi prophete et iusti cupierunt videre que videtis
et non viderunt et audire que auditis et non audierunt. Vos
ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum
regni et non intelligit venit malus et rapit quod seminatum
est in corde eius. Hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem
seminatus est supra petram. Hic est qui verbum audit et continuo
cum gaudio accipit illud. Non habet autem in se radicem sed est tempora-
lis. Facta autem tribulatione et persecutione propter verbum continuo scan-
dalizatur. Qui autem in spinis seminatus est. Hic est qui verbum audit et
sollicitudo seculi istius et fallacia divitiarum suffocat verbum
et sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est. Hic
est qui verbum audit et intelligit et fructum affert et facit aliud

quidem centesimum. aliud autem sexagesimum. aliud vero tricesimum
Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnum celorum
homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent
homines venit inimicus eius et superseminavit zizania in medio tri
tici et abiit. Cum autem crevisset herba et fructum fecisset. tunc ap
paruerunt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias dixe
runt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Unde
ergo habet zizania. Et ait illis Inimicus homo hoc fecit. Servi
autem dixerunt ei. Vis et colligemus ea. Et ait. non. Ne forte colli
gentes zizania eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite utraque
crescere usque ad messem. et in tempore messis dicam messoribus Colligi
te primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum. tri
ticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit
eis dicens Simile est regnum celorum grano sinapis. quod accipiens homo
seminavit in agro suo. quod minimum quidem est omnibus seminibus. cum autem
creverit. maius est omnibus oleribus et fit arbor. alta. ita ut vo

lucres celi veniat et habitant in ramis eius Aliam parabolam
locutus est eis Simile est regnum celorum fermento / quod acceptum /
mulier abscondit in farine satis tribus donec fermentatum est
totum / Hec omnia locutus est ihesus in parabolis ad turbas
Et sine parabolis non loquebatur eis / ut adimpleretur quod dictum est
per prophetam dicentem Aperiam in parabolis os meum et eructabo ab
scondita a constitutione mundi / Tunc dimissis turbis venit in domum
Et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes Edissere nobis pa
bolas tritici et zizaniorum agri Qui videns ait / Qui seminat
semen bonum / est filius hominis / Ager autem est mundus Bonum autem
semen hii sunt filii regni / zizania autem filii sunt nequam Inimicus autem
qui seminat ea est diabolus messis vero consummatio seculi est / Messores
autem angeli sunt Sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur
vet sic erit in consummatione seculi / Mittet filius hominis angelos
suos et colliget de regno eius / omnia scandala / et eos qui
faciunt iniquitatem / Et mittet eos in caminum ignis ibi erit

fletus et stridor dencium / Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris eorum / Qui habet aures audiendi audiat / Aliam similitudinem locu
tus est eis dominus / Simile est regnum celorum thezauro abscondito in agro
quem qui invenit homo abscondit / et pre gaudio illius vadit et ven
dit universa que habet et emit agrum illum / Iterum simile est regnum
celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas / Inventa
autem una preciosa margarita abiit et vendidit omnia que habuit
et emit illam / Iterum simile est regnum celorum in mare sagene
misse / et ex omni genere piscium congreganti / Quam cum impleta esset
educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa sua
malos autem foras miserunt / Sic erit in consummacione seculi / Exibunt
angeli et separabunt malos de medio iustorum / Et mittent eos
in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dencium / Intellexistis
hec omnia / dicunt ei / etiam / ait illis / Ideo omnis scriba doctus in
regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thezauro suo nova
et vetera / Et factum est cum consummasset Ihesus parabolas istas transiit

inde Et veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum
ita ut mirarentur et dicerent Unde huic sapientia hec et virtutes Nonne
hic est fabri filius Nonne mater eius dicitur maria et fratres
eius Jacobus et Joseph et Symon et iudas Et sorores eius nonne
omnes aput nos sunt Unde ergo huic omnia ista Et sic scandalizabantur
in eo Jhesus autem dixit eis Non est propheta sine honore nisi in
patria sua et in domo sua. et in cognatione sua et non fecit virtutes
ibi multas propter incredulitatem illorum [corr. eorum] Quatuordecimum capitulum

In illo tempore audivit herodes tetrarcha famam ihesu et ait
pueris suis Hic est iohannes baptista ipse surrexit a mortuis et
ideo virtutes operantur in eo Herodes enim tenuit iohannem et alligavit
eum et posuit in carcere propter herodiadem vxorem philippi fratris
sui Dicebat enim illi Johannes Non licet tibi habere eam Et vo
lens eum occidere timuit populum quia sicut prophetam eum habebat Die
autem natalis herodis saltat saltavit filia herodiadis in medio et
placuit herodi Unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postu-

lavit abeo At illa premonita a matre sua Da michi inquit hic
in disco caput Iohannis Baptiste / Et contristatus est rex / propter iuramentum
... et propter eos qui pariter recumbebant iussit dari. Misitque
et decollavit sanctum Iohannem in carcere / Et allatum est caput eius in
disco et datum est puelle / et puella tulit et dedit matri sue. Et
accedentes discipuli eius et tulerunt corpus eius et sepelierunt
illud / Et venientes nunciaverunt Ihesu / Quod cum audisset Ihesus secessit
inde in naviculam in locum seorsum desertum / Et cum audissent turbe
secute sunt eum et pedestres de civitatibus / Et exiens vidit turbam multam
et misertus est eis et curavit languidos eorum. Vespere autem facto
accesserunt ad eum discipuli eius dicentes Desertus est locus iste et hora iam
preteriit Dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas
Ihesus autem dixit eis Non habent necesse ire Sed date illis vos manducare
Responderunt ei Non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces
Qui ait eis Afferte michi illos huc / Et cum iussisset turbam
discumbere super fenum Acceptis quinque panibus et duobus piscibus

aspiciens in celum benedixit et fregit / et dedit discipulis suis / disci
puli autem dederunt turbis / Et manducaverunt omnes et saturati
sunt / Et tulerunt reliquias xii cophinos fragmentorum plenos / Man
ducantium autem fuit numerus quinque milia virorum exceptis mulieribus
et parvulis / Et statim iussit (compulit ihesus) discipulos suos ascendere in navi
culam et precedere eum trans fretum / donec dimitteret turbas / Et dimis
sa turba ascendit in montem solus orare / vespere autem facto
solus erat ibi / Navicula autem in medio mari iactabatur fluctibus
Erat enim ventus contrarius eis / Quarta autem vigilia noctis / ve
nit ad eos ambulans supra mare / Et videntes eum super
mare ambulantem turbati (sunt) dicentes quia phantasma est / Et
pre timore clamaverunt / Statimque ihesus locutus est eis dicens / Habete
fiduciam / Ego sum nolite timere / Respondens (autem) petrus dixit
Domine si tu es iube me transire (venire) ad te super aquas / At ipse dixit
Veni / Et descendens petrus de navicula ambulabat super aquas
ut veniret ad ihesum / Videns autem ventum validum timuit
Et cum cepisset mergi clamavit dicens / Domine salvum me
fac / Et continuo ihesus extendens manum apprehendit eum et dixit (ait)

illi modice fidei quare dubitasti / Et cum ascendissent in naviculam
cessavit ventus. Qui autem in navicula erant venerunt et ado-
raverunt eum dicentes vere filius dei es Et cum transfretassent ve-
nerunt in terram genesar / Et cum cognovissent eum viri illius
illius loci miserunt in universam regionem illam / et obtulerunt
ei omnes male habentes / et rogabant eum ut vel fimbriam ve-
stimenti eius tangerent Et quicumque tetigerunt eum salvi facti sunt
Tunc accesserunt ad eum ab ierosolimis scribe et xv tam
pharisei dicentes Quare discipuli tui transgrediuntur tradiciones
seniorum Non enim lavant manus suas cum panem manducant Ipse
autem respondens ait illis Quare et vos transgredimini man-
data dei propter tradicionem vestram Nam deus dixit honora patrem tuum
et matrem tuam Et qui maledixerit patri vel matri / morte mori-
s. f. expo
atur Vos autem dicitis Quicumque dixerit patri vel matri / morte mo-
riatur munus quodcumque est ex me tibi proderit / et honorificavit

patrem suum aut matrem suam/ Et ita irritum fecistis mandatum dei
propter tradicionem vestram/ ypocrite/ Bene prophetauit de vobis ysaias
propheta dicens/ populus hic labiis me honorat/ cor autem eorum lo
nge est a me/ Sine causa autem me colunt/ docentes doctrinas et
mandata hominum/ Et conuocatis ad se turbis dixit eis/ Audite et in
telligite/ non quod intrat in os coinquinat hominem/ sed quod procedit
de ore hoc coinquinat hominem/ Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei
Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalisati sunt/ At ille respondens
ait Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradi
cabitur/ Sinite illos/ ceci sunt/ et duces cecorum/ Cecus autem si ceco
ducatum prestet/ nonne ambo in foueam cadunt/ Respondens autem petrus
dixit ei Edissere nobis parabolam istam At ille dixit Adhuc et
vos sine intellectu estis Non intelligitis quia omne quod quod in os
intrat/ in ventrem vadit/ et in secessum emittitur Que autem
procedunt de ore/ de corde exeunt/ et ea coinquinant hominem De corde

ore exeunt cogitationes male· homicidia· adulteria· forni
cationes· furta· falsa· testimonia· blasfemie· hec sunt que
coinquinant hominem· Non lotis autem manibus manducare non
coinquinat hominem· Et egressus inde ihesus· secessit in partes
tyri et sydonis· Et ecce mulier cananea a finibus illis egressa
clamauit dicens ei· Miserere mei domine fili dauid· filia mea
male a demonio vexatur· Qui non respondit ei verbum· Et accedentes
tes discipuli eius rogabant eum dicentes· Dimitte eam quia clamat
post nos· Ipse autem respondens ait· Non sum missus nisi ad oues
que perierunt domus israel· At illa venit et adorauit eum dicens
Domine adiuua me· Qui respondens ait· Non est bonum sumere
panem filiorum· et mittere canibus ad manducandum· At illa dixit
Etiam domine· Nam et catelli edunt de miciis· que cadunt de mensa
dominorum suorum· Tunc respondens ihesus ait illi· O mulier· magna est fides
tua· fiat tibi sicut petisti vis· Et sanata est filia eius ex illa hora

+ Dominica ii xl^e

theus

Et cu transisset inde ihus / venit secus mare galilee Et asce
dens in monte sedebat ibi / Et accesserunt ad eum turbe
multe habentes secum mutos cecos claudos debiles et alios
multos Et proiecerunt eos ante ad pedes eius et curavit eos / ita
ut turbe mirarentur / videntes mutos loquentes / et claudos ambula
tes / cecos videntes / et magnificabant semper deum israel / Ihesus autem vo
catis discipulis suis dixit / Misereor turbe / quia triduo iam perseverant
mecum / Et non habent quid manducent / Et dimittere eos ieiunos nolo / ne
non deficiant in via / Et dicunt ei discipuli / Unde ergo nobis in de
serto panes tantos / ut saturemus turbam tantam Et ait illis ihus
Quot panes habetis / At illi dixerunt / septem et paucos pisciculos
Et precepit turbe ut discumberent super terram / Et accipiens ihus septem
panes et pisces et gratias agens fregit / et dedit discipulis suis / et
discipuli dederunt populo / et comederunt omnes et saturati sunt / et quod
superfuit de fragmentis / tulerunt septem sportas plenas / Erant autem qui

manducauerunt quatuor milia hominum extra paruulos et mulieres/
et dimissa turba/ ascendit in nauiculam et venit in fines magedan
Et accesserunt ad eum pharisei et saducei xvi capitulum
temptantes et rogauerunt eum ut signum de celo ostenderet eis/ At ille
respondens ait eis/ facto vespere dicitis serenum erit rubicundum est enim
celum/ Et mane hodie tempestas/ rutilat enim triste celum
faciem ergo celi diiudicare nostis/ signa autem temporum non potestis
Generatio mala et adultera signum querit/ et signum non dabitur
ei nisi signum ione prophete/ Et relictis illis abiit/ Et cum venissent
discipuli eius trans fretum/ obliti sunt panes accipere Qui dixit illis
Intuemini et cauete a fermento phariseorum et saduceorum At illi cogi-
tabant intra se dicentes/ quia panes non accepimus Sciens autem
ihesus dixit eis/ Quid cogitatis inter vos modice fidei/ quia panes
non habetis/ Nondum intelligitis neque recordamini quinque panum quinque
milia hominum/ et quot cophinos sumpsistis/ Neque septem panum quatuor

milia hominum/ et quot sportas sumpsistis/ quare non intelligitis/ quia non
de pane dixi vobis/ Cauete ergo a fermento phariseorum et sa-
duceorum/ Tunc intellexerunt quia non dixit cauendum a fermento pa
nis/ sed a doctrina phariseorum et saduceorum/ Venit autem ihesus in partes cezaree
philippi/ Et interrogabat discipulos suos dicens/ Quem dicunt homines
esse filium hominis/ At illi dixerunt/ Alii iohannem baptistam/ Alii autem
eliam/ Alii vero ieremiam aut unum ex prophetis/ Dicit illis ihesus
Vos autem quem me esse dicitis/ Respondens symon petrus dixit/ Tu es christus
filius dei vivi/ Respondens autem ihesus dixit ei/ Beatus es symon bar-
iona/ quia caro et sanguis non revelavit tibi/ sed pater meus qui
in celis est/ Et ego dico tibi/ quia tu es petrus et super hanc petram edifi
cabo ecclesiam meam/ Et porte inferi non prevalebunt adversus eam/
et tibi dabo claves regni celorum/ Et quodcumque ligaveris super terram
erit ligatum et in celis/ Et quodcumque solveris super terram erit solutum et
in celis/ Tunc precepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset christus/

Et inde cepit ihus ondere discipulis suis quia oportet eum ire
ierusalem et multa pati a senioribus et a scribis et principibus
sacerdotum et occidi et tercia die resurgere Et assumens eum
petrus cepit increpare eum dicens Absit a te domine non erit
tibi hoc Qui conversus dixit petro vade post me sathanas scandalum
es michi quia non sapis ea que sunt dei sed ea que sunt hominum
Tunc ihus dixit discipulis suis Si quis vult post me venire
abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me
Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam Qui
autem perdiderit animam suam propter me inveniet eam Quid enim prodest homini si universum mundum lucretur anime vero sue detrimentum
patiatur Aut quam dabit homo commutacionem pro anima sua Filius
enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis Et
tunc reddet unicuique secundum opera eius Amen dico vobis sunt
quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant

filium hominis venientem in regno suo xvij capitulum

Et post dies sex assumpsit ihesus petrum et iacobum et io
hannem fratrem eius Et ducit illos in montem excelsum seorsum
et transfiguratus est ante eos Et resplenduit facies eius sicut
sol et vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix Et ecce ap
paruerunt illis eis moyses et helias cum eo loquentes Respondens autem
petrus dixit ad ihesum Domine bonum est nos hic manere esse Si
vis faciamus hic tria tabernacula / tibi unum et moysi unum / et he
lie unum Adhuc eo loquente Ecce nubes lucida obumbrat
eos / Et ecce vox de nube dicens / Hic est filius meus dilectus
in quo michi bene complacui / ipsum audite / Et audientes
discipuli ceciderunt in faciem suam et timuerunt valde / Et
accessit ihesus et tetigit ihesus eos / dixitque eis Surgite et
nolite timere Levantes autem oculos suos neminem viderunt
nisi solum ihesum / Et descendentibus illis de monte precepit illis ihesus dicens

Nemini dixeritis visionem donec filius hominis a mortuis
resurgat. Et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes. Quid
ergo dicunt scribe quod heliam oportet primum venire. At ille
respondens ait eis. Helias quidem venturus est et restituet
omnia. Dico autem vobis quia helias iam iam venit et non
cognoverunt eum. Sed fecerunt in eo quecumque voluerunt. Sic et
filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt disci
puli quia de iohanne baptista dixisset eis. Et cum venisset
ad turbam accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum
dicens. Domine miserere filio meo quia lunaticus est et male pa
titur. Nam sepe cadit in ignem et crebro in aquam. et obtuli eum
discipulis tuis et non potuerunt curare eum. Respondens ihesus dixit
O generacio incredula et perversa quousque ero vobiscum usque quo
patiar vos. Afferte huc illum adhuc. Et increpavit illud ihesus. Et ex
iuit ab eo demonium. Et curatus est puer ex illa hora. Tunc

accesserunt ad ihm discipuli secreto et dixerunt ei Quare
nos non potuimus eicere illud Dicit illis ihc propter incredulitatem
vestram Amen quippe dico vobis Si habueritis fidem sicut granum sinapis
dicetis monti huic transi hinc et transibit et nichil impossibile
erit vobis / Hoc autem genus non eicitur nisi per oracionem et ieiunium ./
Conversantibus autem eis in galilea dixit illis ihus Filius hominis
tradendus est in manus hominum et occident eum et tercia die re
surget / et contristati sunt vehementer / Et cum venissent caphar
naum. accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt ei
Magister vester non solvit didragma / et ait etiam / Et cum intras
set petrus in domum prevenit eum ihus dicens Quid tibi videtur
symon Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum a filiis
suis an ab alienis. Et ille dixit ab alienis Dixit illi
ihus Ergo filii liberi sunt / Ut autem non scandalizemus eos. vade
ad mare et mitte hamum / Et eum piscem qui primus ascenderit

tolle Et apto ore eius invenies staterem Et illu sumes da illis.

In illa hora accesserunt ad xviii cam / pme et pte

Ihesum discipuli dicentes / Quis putas maior est in regno

celorum / Et advocans ihesus parvulum statuit eum in medio eorum

et dixit Amen dico vobis nisi fueritis conversi et efficiamini sicut

parvuli non intrabitis in regnum celorum / Quicunque ergo humiliaverit

se sicut parvulus iste hic est maior in regno celorum

Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me susce

pit / Qui autem scandalisaverit unum de pusillis istis / qui in

me credunt / expedit ei ut suspendatur mola azinaria in collo

eius / et demergatur in profundum maris / Ve mundo a scandalis

Necesse est enim ut veniant scandala / verumtamen ve homini illi

per quem scandalum venit Si autem manus tua vel pes tuus scan

dalizat te abscide eum et proice abs te Bonum est tibi ad vitam

ingredi debilem vel claudum quam duas manus vel duos pedes habentem

mitti in ignem eternum // Et si oculus tuus scandalizat te erue
eum et proice abs te / Bonum tibi est cum uno oculo habentem in vitam
intrare quam duos oculos habentem mitti in iehennam ignis Vi-
dete ne contempnatis unum ex hiis pusillis Dico enim vobis
quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in
celis est / Venit enim filius hominis salvare quod perierat / Quid
vobis videtur si fuerit alicui centum oves et erraverit una
ex eis nonne relinquet nonaginta novem in montibus et vadit
querere eam que erravit // Et si contingerit ut inveniat eam
Amen dico vobis quia gaudebit super eam magis quam super nona-
ginta novem que non erraverunt / Sic non est voluntas ante patrem
vestrum qui in celis est / ut pereat unus de pusillis istis Si autem
peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum
si te audierit lucratus eris fratrem tuum Si autem te non audierit ad-
hibe tecum adhuc unum vel duos / ut in ore duorum testium vel trium

stet omne verbum. Et si non audierit eos dic ecclesie. Si autem

ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus.

Amen dico vobis quecumque alligaveritis super terram erunt ligata

et in celo / et quecumque solveritis super terram erunt soluta et

in celo. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super

terram de omni re quacumque petierint fiet illis a patre meo qui

in celis est / ubi enim sunt duo vel tres congregati fuerint in nomine

meo ibi sum ego in medio eorum. Tunc accedens ad eum petrus

dixit. Domine quoties peccabit in me frater meus et dimittam

ei usque septies / dicit illi ihesus non dico tibi usque septies

sed usque septuagesies septies. Ideo assimilatum est regnum celorum

homini regi qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum

cepisset rationem ponere cum servis suis / oblatus est ei unus qui

debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde

redderet iussit eum dominus deus eius venundari et uxorem

eius et filias et omnia que habebat et reddi. Procidens autem
servus ille rogabat eum dicens Domine patientiam habe in me
et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius dimisit eum
et debitum dimisit illi. Egressus autem servus ille invenit unum
de conservis suis qui debebat ei centum denarios et tenens suf
focabat eum dicens Redde quod debes. Et procidens conservus eius ro
gabat eum dicens patientiam habe in me et omnia reddam tibi
Ille autem noluit sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet
universum debitum. Videntes autem conservi eius que fiebant contristati
sunt valde. Et venerunt et narraverunt domino suo omnia que facta
fuerant. Tunc vocavit illum dominus suus et ait illi Serve nequam omne
debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit
et te misereri conservi tui sicut et ego tui misertus sum. Et
iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet universum
debitum. Sic et pater meus celestis faciet vobis si non remiseritis

vnusquisqz fratri suo de cordibus vris / xix ca

ET factu est cu consumasset ihus sermoes istos migt
a galilea et venit in fines iudee trãs iordane et secute st
eum turbe mlte et curauit eos ibi / Et accesserut ad eu
pharisei teptates eum et dicetes Si licet homi dimitte
vxore suaz ex quacuqz causa / Qui rndens ait eis / Non le
gistis qz qui fecit homes ab inicio masclm et femiaz fecit
eos · Et dixit pp ter hoc dimittet ho prem et matre sua
et adherbit vxori sue / et erut duo in carne vna / Itaqz
iam sunt no duo s vna caro Quod ergo deus cõiuxit /
homo no sepet Dicut illi Quid ergo moyses madauit
dare libellu repudii et dimittere / Ait illis Qm moyses
ad duiciaz cordis vri pmisit vobis dimittere vxores vras
ab / ab inicio aute non fuit sic / Dico aute vobis qz qcuqz
dimiserit vxore suaz nisi ob fornicaco alim et aliam

duxerit mechatur. Et qui dimissam duxerit mechatur. Dicunt
ei discipuli eius Si ita est causa hominis cum uxore non expedit
nubere. Qui dixit illis Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus
datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero nati sunt, et sunt eunu-
chi qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi qui seipsos castra- eunu-
verunt chizaverunt propter regnum celorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt
ei parvuli ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli autem eius
increpabant eos. Ihesus vero ait eis Sinite parvulos et
nolite eos prohibere ad me venire. Talium enim est regnum
celorum. Et imponens manus super illos benedicebat eos. Et
cum imposuisset eis manus abiit inde. Et ecce unus acce-
dens ait illi Magister bone quid boni faciam ut habeam
vitam eternam. Qui dixit ei Quid me interrogas de bono
Unus est bonus deus. Si autem vis ad vitam ingredi serva
mandata dei. Dicit illi que. Ihesus autem dixit Non homicidium

facies / Non adultabis / Non furtu facies / Non falsu testiom

dices / Honora prem tuum et mrem tuam / et diliges pximu tuu sicut teip

Dicit illi adolescens / Omnia hec custodiui a iuuentute mea

Quid ad huc michi deest / Ait illi ihus Si vis pfectus ee /

Vade et vende oia que hes et da pauperibus et hebis thezaurum

in celo et veni sequere me Cum aut audisset adolescens vbum

abijt inde tristis Erat enim multas hens possessiones / Ihus aut dixit di
quia diues difficile intrabit

scipulis suis Amen dico vobis quia difficile mch est diuitem intrare in re

gnum celorum / Et iterum dico vobis / facilius e camelu pforamen

acus transire quam diuitem in regnu celorum intrare / Auditis autem

hijs discipuli mirabantur valde dicentes / Quis ergo poterit

saluus ee Aspiciens aute ihus dixit illis / Apud homines hoc

impossibile est / apud deum aute omnia sunt possibilia Tunc re

spondens petrus dixit ei Ecce nos qui reliquimus omnia et secuti

sumus te quid ergo erit nobis / Ihus aut dixit illis / Amen dico vob

qr vos q secuti estis me in regeneratione cu sederit filius hois
in sede maiestatis sue / sedebitis et vos sr sedes xii iudicantes
xii tribus isrl / Et ois q reliquerit domu. vl fres. aut sorores.
aut prem. aut mrem. a vxore. et filios. et agros ppter nom
meu. centuplu accipiet. et uita etna possidebit. Multi
at erut novissimi pmi et pmi novissimi: xx cap xx
Simile em est regnu celoru homi prifamilias q exijt
pimo mane coducere opaios in vineam sua. Conuentoe autem
facta cu opaijs ex denario diurno. misit eos in vineam
suam Et egressus circa hora tcia vidit alios stantes i foro oci-
osos / Et illis dixit / Ite et vos in vineam mea et qd iustu fuit
dabo vobis / illi aute abierut Iteru at exijt circa hora sexta
et nona et fecit silr / Circa vndecima vero exijt et invenit
alios stantes et dixit illis / Qd hic stat tota die ociosi / Dicut ei.
qr nemo nos coduxit. Dicit illis. ite et vos in vineam meam

Cum sero autem factum esset dicit dominus procuratori vinee sue / voca opa-
rios et redde illis mercedem a novissimis incipiens usque ad primos
Et cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant acceperunt
singulos denarios / venientes autem et primi arbitrati sunt quod plus
essent accepturi / acceperunt autem et ipsi singulos denarios / Et
accipientes murmurabant adversus patremfamilias dicentes / Hii no-
vissimi una hora fecerunt et pares illos nobis
fecisti qui portavimus pondus diei et estus / At ille respondens uni
illorum dixit / Amice non facio tibi iniuriam / Nonne ex dena-
rio convenisti mecum / tolle quod tuum est et vade / Volo autem
et huic novissimo dare sicut et tibi / Aut non licet michi quod
volo facere / An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum / Sic
erunt novissimi primi / et primi novissimi / Multi enim sunt
vocati pauci vero electi / Et ascendens ihesus ierusalem assumpsit
xii discipulos suos secreto Et ait illis / Ecce ascendimus ierosolimam

et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et condempnabunt
eum morte. et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et cruci
figendum et tercia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebe-
dei cum filiis suis adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei / quid vis. Ait ille
Dic ut sedeant hii duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus
ad sinistram tuam in regno tuo / Respondens autem ihesus dixit nescitis quid petatis /
potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum / Dicunt ei. possumus
Ait illis / Calicem quidem meum bibetis / sedere autem ad dexteram meam
et ad sinistram non est meum dare vobis / sed quibus paratum est a patre
meo Et Audientes autem decem indignati sunt de duobus fratribus / Ihesus
autem vocavit eos ad se et ait. Scitis quia principes gentium do-
minantur eorum / Et qui maiores sunt potestatem exercent in eos / non ita
erit inter vos Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri sit vester
minister / Et quicumque voluerit inter vos primus esse erit vester servus /
sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare / Et dare animam

Dñica i adventus

animam suam [in redemptionem] pro multis / Et egredientibus illis ab iericho
secuta [est] sunt eum turba multa / [Et] Ecce duo ceci sedentes secus
viam audierunt quia ihesus transiret et clamaverunt dicentes Domine
miserere nostri fili david. Turba autem increpabat eos [ut tacerent] dicens
At illi magis [at magis] clamabant dicentes / Domine miserere nostri fili
david Et stetit ihesus et vocavit eos / et ait Quid vultis ut faciam
vobis / Dicunt illi. Domine ut aperiantur oculi nostri Misertus autem eorum
ihesus tetigit oculos eorum et confestim viderunt et secuti sunt eum

Et cum appropinquasset ihesus ierosolimis et venisset xxi
bethphage ad montem oliveti / Tunc [ihesus] misit duos discipulos
dicens eis Ite in castellum quod contra vos est / et statim invenietis
asinam alligatam et pullum cum ea / solvite et adducite mihi
Et si quis aliquid vobis dixerit / dicite quia dominus hiis opus habet
et confestim dimittet eos / Hoc autem [totum] factum est ut adimpleretur
quod dictum est per prophetam dicentem / Dicite filie syon / Ecce rex
tuus venit tibi mansuetus / sedens super asinam et filium pullum

theus

subiugalis Euntes autem discipli eius fecerunt sicut precepit

illis ihesus / Et adduxerunt azinam et pullum et imposuerunt

sup eos vestimenta sua et eum desup sedere fecerunt / plurima

aute turba strauit vestimenta sua in via Alij aute cedebant

ramos de arboribus et sternebat in via Turbe aut que pre:

cedebat et que sequebant clamabat dicetes osanna filio david

benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis Et cum

intrasset ierusalem commota est tota ciuitas dicens quis est hic

Ipsi aute dicebat / Hic est ihesus propheta a nazareth galilee.

Et intravit ihesus in templum dei et eiciebat omnes vendentes et

ementes in templo / et mensas nummulariorum subvertit et cathedras

vendencium columbas evertit / et dicit eis scriptum est domus mea domus

oracionis vocabitur / vos aute fecistis eam speluncam latronum / Et accesserunt

ceci ad eum ceci et claudi in templo et sanauit eos videntes

aute principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit Et pueros

clamantes et dicentes in templo osanna filio david / indignati

sunt autem et dixerunt ei Audis quid isti dicunt Ihesus autem dixit
eis utique. Numquam legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti
laudem Et relictis illis abiit foras extra civitatem in betha-
niam ibique mansit et docebat eos de regno dei Mane autem facto revertens in civitatem
esuriit Et videns fici arborem unam secus viam venit ad eam
et nichil invenit in ea nisi folia tantum Et ait illi Numquam ex te
fructus nascatur in sempiternum Et arefacta est continuo ficulnea
et videntes discipuli mirati sunt dicentes. quomodo continuo aruit
Respondens autem ihesus ait eis Amen dico vobis si habueritis
fidem sicut granum synapis Et non hesitaveritis Non solum de fi-
culnea facietis sed et si monti huic dixeritis tolle te et iacta
te in mare fiet Et omnia quecumque pecieritis in oratione credentes
accipietis Et cum venisset in templum accesserunt ad eum docen-
tem principes sacerdotum et seniores populi dicentes In qua potestate
hec facis Et quis tibi dedit hanc potestatem Respondens ihesus dixit eis
Interrogabo vos et ego unum sermonem quem si dixeritis mihi Et
ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismus Iohannis

unde erat / e celo an ex hominibus. At illi cogitabant inter se
dicentes Si dixerimus e celo dicet nobis Quare ergo non credidistis
illi Et quare non suscepistis illud Si autem dixerimus ex hominibus timemus
turbam Omnes enim habebant iohannem sicut prophetam / Et respondentes ihesu
ad ihesum dixerunt / Nescimus. Ait illis et ipse / nec ego vobis dico in
qua potestate hec facio / Quid autem vobis videtur / Homo quidam habebat
duos filios / et accedens ad primum dixit / fili vade operare hodie in vi
neam meam. Ille autem respondens ait. nolo / postea autem penitentia mo
tus abiit in vineam. Accedens autem ad alterum dixit similiter / At
ille respondens ait eo domine et non iuit / Quis ex duobus fecit volun
tatem patris / Dicunt ei primus. Dicit illis ihesus Amen dico vobis /
quia publicani et meretrices precedunt vos in regnum dei. Venit
enim ad vos iohannes in via iustitie et non credidistis ei. publicani autem
et meretrices crediderunt ei / Vos autem videntes / nec penitentiam habuistis
postea ut crederetis ei. Aliam parabolam audite / Homo erat paterfamilias
qui plantavit vineam et sepem circumdedit ei / Et fodit in ea

torcular/ Et edificavit turrim et locavit eam agricolis et peregre
profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset/ misit ser-
vos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius Et agricole
apprehensis servis suis/ alium ceciderunt. alium occiderunt/ Alium vero
lapidaverunt/ Iterum misit alios servos plures prioribus/ et fecerunt
eis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens. forsitan Verebuntur
filium meum. Agricole autem videntes filium eius dixerunt intra se/ Hic
est heres/ venite occidamus eum. et habebimus hereditatem eius Et
apprehensum eum eiecerunt extra vineam et occiderunt/ Cum ergo
dominus vinee venerit quid faciet agricolis illis/ Aiunt illi. Malos
male perdet et vineam suam locabit aliis agricolis qui reddant
ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus/ Nunquam legistis in scripturis
lapidem quem reprobaverunt edificantes/ hic factus est in caput anguli
A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris/ Ideo
dico vobis. quia auferetur a vobis regnum dei/ et dabitur genti eius
fructus facienti/ Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur Super

que vero ceciderit. conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum
et pharisei parabolas eius. cognoverunt quod de ipsis diceret. Et querentes
eum tenere timuerunt turbas. quia sicut prophetam eum habebant;
Et respondens ihesus dixit eis iterum in parabolis xxvi
Capitulum xxvii
dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias
filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias.
et nolebant venire. Iterum misit alios servos dicens. Dicite in-
vitatis ecce prandium meum paravi. tauri mei et altilia mea occisa.
et omnia parata sunt. venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt
et abierunt. alius in villam suam. Alius vero ad negociacionem suam.
Reliqui vero tenuerunt servos suos. Et contumeliis affectos occi-
derunt. Rex autem cum audisset iratus est. Et missis exercitibus suis.
perdidit homicidas illos. Et civitatem eorum succendit igni. Tunc ait
servis suis. Nuptie quidem parate sunt. sed qui invitati erant non
fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum. Et quoscumque inveneritis.
vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes

quos invenerunt bonos et malos et implete sunt nuptie di
scumbentium / Intravit autem rex ut videret discumbentes et vidit ibi
hominem non vestitum veste nuptiali / et ait illi Amice quomodo huc
intrasti non habens vestem nuptialem At ille obmutuit /
Tunc dixit rex ministris ligatis pedibus et manibus eius mittite eum
in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium / Multi
enim sunt vocati pauci vero electi / Tunc abeuntes pharisei consilium
inierunt ut caperent eum in sermone Et mittunt ei discipulos
suos cum Herodianis dicentes Magister scimus quia verax es / et
viam dei in veritate doces / et non est tibi cura de aliquo Non enim
respicis personam hominum dic ergo nobis quid tibi videtur / licet censum
dare cezari annon Cognita autem ihesus nequitia eorum dixit / quid
me temptatis ypocrite ostendite mihi numisma census At illi obtu
lerunt ei denarium Et ait illis ihesus Cuius est ymago hec et
superscriptio / Dicunt ei cezaris / Tunc ait illis Reddite ergo que
sunt cezaris cezari / Et que sunt dei deo / Et audientes mirati sunt

et relicto eo abierunt In illo die accesserunt ad eum saducei qui
dicunt non esse resurrectionem / Et interrogaverunt eum dicentes Magister moyses
dixit Si quis mortuus fuerit non habens filium ut ducat frater
eius uxorem illius et suscitet semen fratri suo / Erant autem aput nos
septem fratres / et primus uxore ducta defunctus est et non habens
semen reliquit uxorem suam fratri suo / similiter secundus et tercius usque ad sep
timum Novissime autem omnium et mulier defuncta est In resurrectione ergo
cuius erit de septem fratribus uxor / Omnes enim habuerunt eam Respondens autem ihesus
ait illis Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei In resurrectione
enim neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo /
De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente vobis dicentis
Ego sum deus abraham et deus ysaac et deus jacob / non
est deus mortuorum sed viventium Et audientes turbe mirabantur in doc
trina eius / pharisei autem audientes quod silencium imposuisset saduceis
convenerunt in unum Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor temptans
eum / Magister quod est mandatum magnum in lege Ait illi ihesus diliges

dnm deu tuu tu ex toto corde tuo et ex tota aia tua et i tota
mete tua. Hoc est maximu et primu madatu / Scdm aut sile est
huic / Diliges proximu tuu sicut teipm. In his duobus madatis
vniusa lex pendz et pphe / Congregatis aute phariseis interrogauit
eos ihus dicens / Quid vobis videt de xpo cuius filius est / Dicut
ei dauid / Ait illis / Quo ergo dauid vocat eu in spu dnm
dicens / Dixit dns domino meo sede adextris meis / donec ponam
inimicos tuos scabellu pedu tuoru / Si ergo dauid vocat eu
dnm quo filius eius est / Et nemo poterat ei respondere vbum
neqz ausus fuit quisq ex illa die eum amplius interrogare:

Tunc ihus locutus est ad turbas et ad discipulos xxiii ca
suos dicens / Sup cathedram moysi sederut scribe et pharisei Oia
ergo quecuqz dixerit vobis suate et facite / Scdm opa vero eoru noli
te facere / Dicut enim et no faciut / Alligant enim eo onera gravia
et importabilia / et imponunt in humeros hoim / Digito aute suo
ea nolut mouere / Omnia vero opa sua faciut vt videant

ab hominib9 / Dilatant enim philatteria sua / et magnificant fim

brias / amant autem primos recubitus in cenis et primas cathe

dras in synagogis / et salutationes in foro et vocari ab hoib9

rabi / vos autem nolite vocari rabi / unus enim est magister vester

omnes autem vos fratres estis / et patrem nolite vocare vobis super terram unus enim est pater vester qui in celis est / Nec vocemini magistri

quia magister vester unus est xpus / Qui maior est vestrum erit minister

vester / Qui autem se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur

Ve autem vobis scribe et pharisei ypocrite quia clauditis regnum celorum

ante homines / vos enim non intratis nec introeuntes sinitis intrare

Ve vobis scribe et pharisei et ypocrite qui comeditis domos

viduarum orationes longas orantes propter hoc amplius accipietis

iudicium / Ve vobis scribe et pharisei ypocrite qui circuitis mare et ari

dam ut faciatis unum proselitum / Et cum fuerit factus facitis eum filium

iehenne duplo quam vos / Ve vobis duces ceci qui dicitis quicumque

iuraverit per templum nichil est / Qui autem iuraverit in auro templi

debet / stulti et ceci / Quid enim maius est aurum an templum quod sanctificat

auri/ Et q̄cu̅q̄ȝ iurauit in altari nichil est. Et uicu̅q̄ȝ aute̅

iurauit in dono quod est sup̄ illud: debet/ Ceci q̄d est eni̅

maius/ est/ donu̅/ an altare q̄d sa̅ctificat donu̅/ Qui ergo iurat

in altari iurat in eo et in omnibus que sup̄ illud sunt/ Et

q̄cu̅q̄ȝ iurauit in teplo iurat in illo et in eo qui habitat in

ipso/ Et qui iurat in celo iurat in trono dei/ et in eo qui

sedet sup̄ eum/ ve vobis scribe et pharisei ypocrite q̄ decimatis

mentam et anetum et ciminum et reliquistis que grauiora sunt

legis/ Iudicium misericordiam et fidem/ et hec opportuit facere/ et illa

no̅ obmittere/ Duces ceci excolantes culice̅. camelum aute̅

glucientes. ve vobis scribe et pharisei ypocrite q̄ mundatis q̄d

deforis e calicis et parapsidis. Intus aute̅ pleni estis rapina

et inmundicia/ pharisee cece munda prius quod intus est ca

licis et parapsidis ut fiat et id q̄d deforis est mundum. ve vobis scribe

et pharisei ypocrite/ qui similes estis sepulcris de albatis/ que aforis

aparent hominibus speciosa/ intus vero plena sunt ossibus mortuorum

Theus I.

et omni spurcitia. Sic et vos a foris quidem paretis hominibus iusti/
intus autem pleni estis ypocrisi et iniquitate/ Ve vobis scribe et phari
sei ypocrite qui edificatis sepulcra prophetarum/ et ornatis monumenta
iustorum et dicitis si fuissemus in diebus patrum nostrorum non essemus socii
eorum in sanguine prophetarum/ Itaque testimonio estis vobis metipsis/ quia
filii estis eorum qui prophetas occiderunt Et vos implete mensuram
patrum vestrorum Serpentes genimina viperarum/ quomodo fugietis a iudicio
gehenne/ Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scri-
bas et ex illis occidetis et crucifigetis et ex eis flagellabitis in syna
gogis vestris/ Et persequimini de civitate in civitatem/ ut veniat
super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a san-
guine abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii ba-
rachie quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis
veniet hec omnia super generationem istam/ Ierusalem Ierusalem que occidis
prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt/ Quotiens volui congre
gare filios tuos/ quemadmodum galina congregat pullos suos

sub alas suas et noluisti Ecce relinquetur vobis domus vestra des-
ta. Dico enim vobis non me videbitis a modo donec dicatis benedictus
Et egressus ihesus ibat de xxiiij / qui venit in nomine domini
templo templo / Et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei edifica-
tiones templi Ipse autem videns dixit illis / videtis hec omnia / Amen
dico vobis non relinquetur lapis hic super lapidem qui non destruatur Se-
dente autem eo super montem oliveti accesserunt ad eum discipuli
secreto dicentes / Dic nobis quando hec erunt / et quod signum adventus tui
et consummationis seculi / Et respondens ihesus dixit eis Videte ne quis
vos seducat / Multi enim venient in nomine meo dicentes Ego sum
xpistus et multos seducent / Audituri enim estis prelia et opiniones
preliorum videte ne turbemini / Oportet enim hec fieri sed nondum est
finis Consurget enim gens in gentem / et regnum in regnum / et erunt
pestilencie et fames et terremotus per loca / Hec autem omnia inicia
sunt dolorum / Tunc tradent vos in tribulationem et occident vos et
eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum / Et tunc sca-

dalizabuntur multi / Et invicem tradent et odio habebunt invicem
Et multi pseudo prophete surgent et seducent multos / et quoniam habun-
dabit iniquitas refrigescet caritas multorum / Qui autem perseve-
raverit usque in finem hic salvus erit. Et predicabitur hoc evangelium re-
gni in universo ~~orbe~~ orbe in testimonium omnibus gentibus / Et tunc
veniet consumacio / Cum ergo videritis abhominacionem desolacionis que
dicta est a daniele propheta stantem in loco sancto / qui legit intelli-
gat / Tunc qui in iudea sunt fugiant ~~deorsum~~ ad montes / Et qui
in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua / Et qui in agro
non revertatur tollere tunicam suam. Ve autem pregnantibus et nutrientibus
in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra in yeme vel
sabbato. Erit enim tunc tribulacio magna qualis non fuit ab
inicio mundi usque modo neque fiet / Et nisi abreviati fuissent
dies illi non fieret salva omnis caro. Sed propter electos breviabuntur
dies illi. Tunc si quis vobis dixerit / Ecce hic est cristus aut illic.
nolite credere / Surgent enim pseudo cristi et pseudo prophete / et dabunt signa magna

et prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce
predixi vobis. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est. nolite ex
ire. ecce in penetralibus nolite credere. Sicut enim fulgur exit
ab oriente et apparet usque ad occidentem, ita erit et adventus
filii hominis. Ubicumque fuerit corpus illuc congregabuntur et aquile. Statim
autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur et luna non
dabit lumen suum et stelle cadent de celo et virtutes celorum commo
uebuntur. Et tunc apparebit signum filii hominis in celo. Et tunc
plangent se omnes tribus terre et videbunt filium hominis venientem
in nubibus celi cum virtute multa et maiestate. Et mittet
angelos suos cum tuba et voce magna et congregabunt electos
eius a quatuor ventis celi a summis celorum usque ad terminos eorum. Ab
arbore autem fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit
et folia nata sunt scitis quia prope est estas. Ita et vos cum videritis hec
omnia scitote quia prope est et in ianuis. Amen dico vobis quia non
preteribit hec generatio donec omnia fiant. Celum et terra transibunt, verba

theus

mea vō non ptibunt / De die autē illa et hora nemo scit neq̄

angeli celorum neq̄ filius nisi pater solus. Sicut autē fuit in dieb9

noe / ita erit et adventus filij hominis / Sicut enim erant i dieb9 noe

ante diluuiū comedentes et bibentes nubentes et nuptui tra

dentes usq̄ ad eū diem quo intrauit in archam noe / et nō co:

gnouit. donec uenit diluuium et tulit omnes ita erit et ad

ventus filij hominis / Tunc duo erunt in agro. vnus assumet et

alter relinquetur / Due erunt molentes in mola. vna assumetur et altera vna re

linquetur / Duo in lecto / vnus assumetur et alter relinquetur / Vigi

late ergo. quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit / Illud autē

scitote quia si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset / vigi

laret vtique et nō sineret perfodi domum suam. Ideoq̄ et vos

estote parati quia qua hora nō putatis filius hominis venturus est.

Quis putas fidelis est seruus et prudens quem constituit dominus suus supra

familiam suam ut det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus quem

cum venerit dominus eius. inuenerit sic facientem vigilantem / Amen dico vobis quoniam sup

omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit / malus servus
ille in corde suo. moram facit dominus meus venire. et ceperit percutere
conservos suos / manducet autem et bibat cum ebriosis / veniet dominus
servi illius in die qua non sperat. et hora qua ignorat / et
dividet eum / partemque eius ponet cum ypocritis / illic erit fletus et
Tunc simile erit regnum xxviii capitulum stridor dentium
celorum decem virginibus. que accipientes lampades suas exierunt
obviam sponso et sponse / Quinque autem ex eis erant fatue et quinque
que prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt
oleum secum. prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lam
padibus. Moram autem faciente sponso dormitaverunt omnes et
dormierunt / Media autem nocte clamor factus est / ecce sponsus
venit. exite obviam ei / Tunc surrexerunt omnes virgines ille et
ornaverunt lampades suas / Fatue autem sapientibus dixerunt
Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur / Respon
tes [rut] prudentes ~~dixerunt~~ [dicentes] / Ne forte non sufficiat nobis et vobis

theus

Ite potius ad vendentes et emite vobis / Dum autem irent emere.
venit sponsus et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias.
et clausa est ianua / Nouissime autem veniunt et relique
virgines dicentes / domine domine aperi nobis / At ille respondens
ait / Amen dico vobis nescio vos / vigilate itaque quia nescitis
diem neque horam / Sicut enim homo peregre proficiscens vocavit
servos suos et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque ta-
lenta. alii autem duo. alii vero unum / unicuique secundum propriam virtutem
Et profectus est statim / Abiit autem qui quinque talenta acceperat.
et operatus est in eis / et lucratus est alia quinque. Similiter et qui
duo acceperat / lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat.
abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui / post multum
vero tempus venit dominus servorum illorum et posuit rationem cum servis suis [eis]
Et accedens qui quinque talenta acceperat obtulit sibi alia quinque
talenta dicens / domine quinque talenta tradidisti michi / Ecce
alia quinque super lucratus sum / Ait illi dominus [eius] / Euge serve bone

et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam.
intra in gaudium domini tui / Accessit autem et qui duo talenta acceperat
et ait / Domine duo talenta tradidisti michi. ecce alia duo superlucratus
sum / Ait illi dominus eius / Euge serve bone et fidelis quia super pau-
ca fuisti fidelis. super multa te constituam. intra in gaudium domini tui / Ac-
cedens autem et qui unum talentum acceperat et ait / Domine scio
quia homo durus es / metis ubi non seminasti / et congregas ubi
non sparsisti et timens abii et abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod
tuum est / Respondens autem dominus eius dixit illi / Serve male et
piger ~~et~~ sciebas quia meto ubi non semino / et congrego ubi non
sparsi / Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis
et ego veniens recepissem utique quod meum est cum usura / Tolli-
† te itaque ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta / Omni
enim habenti dabitur et habundabit / Ei autem qui non habet, et quod
videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem servum eicite in tenebras
exteriores. illic erit fletus et stridor dencium. Cum autem venerit

Matheus

venit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo / tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab invicem / sicut pastor segregat oves ab edis / et statuet oves quidem a dextris suis / edos autem a sinistris / Tunc dicet rex hiis qui a dextris eius erunt / Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi / Esurivi enim et dedistis michi manducare / Sitivi et dedistis michi bibere / hospes eram et collegistis me / nudus eram et cooperuistis me / infirmus eram et visitastis me / in carcere eram et venistis ad me / Tunc respondebunt ei iusti dicentes / Domine quando te vidimus esurientem et pavimus te / sitientem et dedimus tibi potum / Quando autem te vidimus hospitem et collegimus te / aut nudum et cooperuimus te / quando te vidimus infirmum aut in carcere et venimus ad te / Et respondens rex dicet illis / Amen dico vobis quamdiu fecistis uni ~~hiis de his~~ ex fratribus meis minimis michi fecistis / Tunc dicet rex et hiis qui a sinistris eius erunt

discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis michi mandu
care. Sitivi et non dedistis michi bibere. Hospes eram et non
collegistis me. Nudus eram et non cooperuistis me. Infirmus et
in carcere eram et non visitastis me. Tunc respondebunt ei et
ipsi dicentes. Domine quando vidimus te esurientem aut sitientem aut hospitem
aut nudum aut infirmum vel in carcere et non ministravimus tibi. Tunc
respondebit eis dicens. Amen dico vobis quamdiu non fecistis uni de
minoribus hiis nec michi fecistis. et ibunt hii in supplicium
eternum. iusti autem in vitam eternam. xxvi. c.

Et factum est cum consummasset ihesus sermones hos omnes dixit disci
pulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet. et filius hominis
tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seni
ores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiphas
et consilium fecerunt ut ihesum dolo tenerent et occiderent. Dice
bant autem non in die festo ne forte tumultus fieret in populo.

Cum [autem esset] ihesus in bethania in domo symonis leprosi: accessit
ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi. et effudit
super caput ipsius [eius] recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt
dicentes. Ut quid perdicio hec? potuit enim unguentum istud
venundari multo. et dari pauperibus. Sciens autem ihesus ait illis.
Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est
in me. Nam semper pauperes habetis [habebitis] vobiscum. me autem non semper habebitis.
Mittens enim [hec] unguentum hoc in corpus meum. ad sepeliendum
me fecit. Amen dico vobis. ubicumque predicatum fuerit hoc evangelium
in toto mundo dicetur et quod hec fecit in memoriam eius. Tunc
abiit unus de xii qui dicitur iudas scarioth. ad principes
sacerdotum. et ait illis. Quid vultis michi dare. et ego eum vobis
tradam. At illi constituerunt ei triginta argenteos. et exinde quere-
bat [opportunitatem] oportunitatem ut eum traderet. Prima autem die azimorum acces-
serunt discipuli ad ihesum dicentes. Ubi vis paremus tibi comedere pa-
scha. At ihesus [dixit] ihesus Ite in civitatem ad quendam et dicite ei. Magister

dicit. tempus meum prope est. apud te facio pascha cum discipulis meis
Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus. et parauerunt pa
scha. Vespere autem facto discumbebat cum xij discipulis suis et
edentibus illis dixit. Amen dico vobis. quia vnus vestrum me
traditurus est. Et contristati valde. ceperunt singuli dicere. Numquid
ego sum domine. At ille respondens ait. Qui intingit mecum
manum in parabside. hic me tradet. Et filius quidem hominis vadit
sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi per quem filius hominis
tradetur. Bonum erat illi. si natus non fuisset homo ille. Respo
dens autem iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum
rabi. ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autem illis. accepit ihesus
panem et benedixit ac fregit. deditque discipulis suis et ait.
Accipite et comedite. hoc est enim corpus meum. Et accipiens
calicem. gratias egit. et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes.
Hic est enim sanguis meus noui testamenti. qui pro multis effun
detur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis. non bibam

theus

a m° de hoc geninine vitis. usq3 in die3 illu cu illud
bibã vobiscu novu in regno pris mei. Et ympno dto.
exierut in monte oliueti. Tuc d' illis ihs. Oms vos sca
dalu paciemi in me in ista nocte. Scptu est em. pcuciã
pastore et disp[er]gent oues gregis. p[os]tq[uam] aute surrex[er]o p[re]cedã
vos in galilea. Rndens aute petr[us] ait illi. Et si oms sca-
dalizati fueru in te. ego nu[n]q[uam] scandalizabor. ait illi ihs
Ame dico tibi. q[uia] in hac nocte anteq[uam] gallus cantet. ter
me negabis. Ait illi petr[us]. Etia3 si oportuit me mori
tecum. non te negabo. Silr et oms discipli dixerut
Tuc venit ihus cu illis in villa3 q[ue] d[icitu]r gessemani.
et dixit discipulis suis. sedete hic. donec vada3 illuc et
orem. Et assupto petro et duob[us] filijs zebedei. cepit
g[con]tristari et mest[us] e[ss]e. Tuc ait illis. Tristis est aĩa mea
vsq[ue] ad morte. sustinete hic. et vigilate mecu. Et p[ro]gres
sus pusillu. p[ro]cidit in facie3 sua orans. et dicens. p[ate]r mi.

si possibile est. transeat a me calix iste/ verumtamen non sicud ego vo
lo. sed sicut tu vis/ pater/ Et venit ad discipulos et invenit eos
dormientes. Et dicit petro. Sic non potuisti vna hora vi
gilare mecum/ vigilate et orate. ut non intretis in temptacionem
Spiritus quidem promptus est/ caro autem infirma. Iterum secundo abijt et
oravit dicens/ Pater mi. si non potest transire hic calix nisi bibam illud.
fiat voluntas tua/ Et venit iterum et invenit eos dormientes/ Erant
enim oculi eorum gravati/ Et relictis illis. iterum abijt et oravit
tercio eundem sermonem dicens/ Tunc venit ad discipulos suos et
ait eis/ Dormite iam et requiescite/ Ecce appropinquavit hora et filius
hominis tradetur in manus peccatorum/ Surgite eamus. ecce appropinquabit
qui me tradet. Adhuc eo loquente. ecce iudas unus de xij venit et cum
eo turba multa cum gladijs et fustibus. missi a principibus sacerdotum
et senioribus populi/ Qui autem tradidit illum. dedit illis signum dicens.
Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum
Et confestim accedens ad ihesum dixit/ Aue rabi/ et osculatus

est eum / Dixitque illi ihesus: Amice ad quid venisti. Tunc accesserunt
et manus iniecerunt in ihesum et tenuerunt eum. Et ecce unus
ex hiis qui erant cum ihesu extendens manum exemit gladium
suum et percuciens servum principis sacerdotum amputavit auriculam eius.
Tunc ait illi ihesus / Converte gladium tuum in locum suum / Omnes
enim qui acceperint gladium gladio peribunt / An putas quia non pos-
sum rogare patrem meum et exhibebit michi modo plus quam xii
legiones angelorum / Quomodo ergo implebuntur scripture / quia sic oportet
fieri. In illa hora dixit ihesus turbis / Tamquam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus comprehendere me. Cotidie apud vos sedebam docens in templo
et non me tenuistis / Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripture
prophetarum / Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes ihesum
ad caypham duxerunt illum principem sacerdotum ubi scribe et pharisei et seniores
convenerant / Petrus autem a longe sequebatur eum usque in atrium principis
sacerdotum / Et ingressus intro sedebat cum ministris ut videret
finem / Principes autem sacerdotum et omne consilium querebant falsum testimonium

contra ihm ut eum morti traderet. et no invenerit. cu multi falsi
testes accessisset / Novissie at venerut duo falsi testes et dixerunt
hic dixit / possu destrue teplu dei et p9 tduu reedificare illd
Et surgens princeps sacerdotu ait illi. Nichil rndes ad ea que
isti adv'su te testificant / Ihus aute tacebat. Et princeps sacdotum
ait illi. Adiuro te p deu vivu ut dicas nobis si tu es xpc filius
dei vivi. Dicit illi ihus / Tu dixisti / Verutn dico vobis / a modo
filiu hois videbit sedete a dextris vtut dei et venietez i nubib
celi / Tuc princeps sacdtu scidit vestimeta sua dices : Blassemavit
qd adhuc egeo testibg Ecce nuc audistis blassemiaz. qd vob videt
At illi rndentes dixerut. Reus est mort / Tuc expuerut in faciez eius
et colaphis ceciderut eu / Alij aute palmas in facie eius de
derut dicetes / pphetissa nob xpe / quis est qui te pcussit. petrus
aute sedebat foris in atrio Et accessit ad eu vna ancilla dicens
Et tu cu galileo eras ihu / At ille negat cora omnibg dices
Nescio qd dicis. Exeunte illo at ianua vidit eu alia ancilla

et ait his qui erant ibi/ Et hic erat cum ihesu nazareno/ et iterum
negavit cum iuramento quia non novi hominem/ Et post pusillum
accesserunt ad eum qui stabant et dixerunt petro/ vere et tu ex illis es. nam
et loquela tua manifestum te facit/ Tunc cepit detestari et iurare.
quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit/ Et recordatus
est petrus verbi ihesu quod dixerat. priusquam gallus cantet. ter me negabis
Mane autem facto. xxvii c. /. et egressus foras flevit amare
consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus
ihesum. ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt. et tradiderunt
poncio pilato presidi. Tunc videns iudas qui eum tradidit quod dampnatus
esset. penitencia ductus retulit triginta argenteos in templo principibus
sacerdotum et senioribus populi dicens/ peccavi tradens sanguinem iustum. At illi
dixerunt/ quid ad nos. tu videris. Et proiectis argenteis in templo
recessit. et abiens laqueo se suspendit/ principes autem sacerdotum
acceptis argenteis. dixerunt. Non licet eos mittere in corbanam.
quia precium sanguinis est/ Consilio autem inito. emerunt ex illis agrum

figuli in sepultur̄ peregnorum. ppter hoc vocatus est ager ille acheldemach. hoc est ager sanguinis. usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem. Et acceperunt xxx argenteos precium appreciati. quem apreciaverunt a filiis israel. Et dederunt eos in agrum figuli. sicut constituit michi dominus. Ihesus autem stetit ante presidem. et interrogavit eum preses dicens. Tu es rex iudeorum. Dixit illi ihesus. tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus ipse nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis quanta adversum te dicunt testimonia. Et non respondit ei ad ullum verbum. ita ut miraretur preses vehementer. Per diem autem sollempnem consueverat preses dimittere populo unum vinctum quem voluissent. Habebat autem tunc unum vinctum insignem. qui dicebatur barrabas. qui propter homicidium missus fuerat in carcerem. Congregatis autem illis dixit pilatus. Quem vultis dimittam vobis. Barraba an ihesum qui dicitur xpus. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem

ptribunali misit ad eum uxor eius dicens Nichil tibi et iusto illi.
Multa enim passa sum hodie per visum propter eum / principes autem
sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut peterent barraban
Jhesum vero perderent. Respondens autem preses ait illis / Quem vultis
vobis de duobis dimitti / At illi dixerunt barraban / Dicit illis
pilatus / Quid igitur faciam de ihesu qui dicitur xpistus. Dicunt omnes.
crucifigatur / Ait illis preses / Quid enim mali fecit / At illi magis
clamabant dicentes. crucifigatur / videns autem pilatus quod nichil pro-
ficeret. sed magis tumultus fieret in populo / accepta aqua lavit manus
suas coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius
vos videritis. Et respondens universus populus dixit. Sanguis eius
super nos / et super filios nostros / Tunc dimisit illis barraban Jhesum autem
flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur

Tunc milites presidis suscipientes ihesum in pretorio congre-
gaverunt ad eum universam cohortem et exuentes eum / clamidem
coccineam circumdederunt ei / et plectentes coronam de spinis posuerunt

sup caput ~~capt~~ eius et arudine in dexteram eius et genu fle
xo ante eum illudebant ei dicentes Aue rex iudeorum / Et expu=
entes in eum acceperunt arudinem et percutiebant caput eius.
Et postquam illuserunt ei exuerunt eum clamide et induerunt eum
eum vestimentis suis et duxerunt eum ut crucifigerent / Exeuntes
venientem de villa
autem invenerunt hominem cireneum nomine symonem. Hunc an=
gariauerunt ut tolleret crucem eius / Et venerunt in locum qui dicitur
golgotha quod est caluarie locus / et dederunt ei bibere vinum
cum felle mixtum / Et cum gustasset noluit bibere / Postquam autem
crucifixerunt eum diuiserunt vestimenta eius sorte mittentes
ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem / Diuiserunt sibi ve
stimenta mea et super vestem meam miserunt sortem / Et sedentes
super
seruabant eum et imposuerunt ~~capt~~ eius causam ipsius scriptam
Hic est ihesus nazarenus rex iudeorum / Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones / vnus a dextris / et vnus a sinistris / Pretereuntes
autem blasfemabant eum mouentes capita sua et dicentes Vach

q destruis templum dei et in tribus diebus illud reedificas / salua te=
metipsum / si filius dei es. descende de cruce. Simili et principes sacer
dotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant / Alios saluos
fecit. seipsum saluum non potest facere. Si rex israel est. descendat
nunc de cruce et credimus ei / Confidit in deo. liberet nunc eum si vult.
Dixit enim quia filius dei sum. Idipsum autem et latrones qui crucifixi
erant sunt cum eo. improperabant ei. A sexta autem hora tenebre facte
sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam
exclamauit ihesus voce [illegible] magna dicens hely hely lamazabatani
hoc est. deus meus deus meus ut quid dereliquisti me / Quidam autem
illic stantes et audientes dicebant / Heliam vocat iste / Et continuo
currens unus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto et imposuit
arundini et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant / sine videamus
an veniat helias liberans eum / Ihesus autem iterum clamans voce
magna emisit spiritum / Et ecce templi velum scissum est in duas
partes a summo usque deorsum / Et terra mota est. et petre scisse

sunt/ et monumenta aperta sunt/ et multa corpora sanctorum qui dormie-
rant surrexerunt/ Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius.
venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis/ Centurio autem
et qui cum ipso erant custodientes ihesum. viso terre motu et hiis que
fiebant. timuerunt valde dicentes/ Vere dei filius erat iste/ Erant
autem ibi mulieres multe a longe. que secute erant ihesum a gali
lea ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalena. et maria
iacobi. et ioseph mater. et mater filiorum zebedei/ Cum sero autem factum esset.
venit quidam homo dives ab arimathia. nomine ioseph. qui et ipse
discipulus erat ihesu/ Hic accessit ad pilatum. et petiit corpus ihesu.
Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph invol-
vit illud in sindone munda/ et posuit illud in monumento suo
novo. quod exciderat in petra/ Et advolvit saxum magnum
ad hostium monumenti et abiit/ Erat autem ibi maria magdalene
et altera maria sedentes contra sepulcrum/ Altera autem die que est
post parasceven convenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum

dicentes. Domine. recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc
vivens. post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum usque
in diem tercium. Ne forte veniant discipuli eius et furentur eum/ et
dicant plebi. surrexit a mortuis/ Et erit novissimus error
peior priore/ Ait illis pilatus/ Habetis custodiam. ite custodite sicut
scitis. Illi autem abeuntes. munierunt sepulcrum signantes lapidem

xxviii.
Vespere autem sabbati quae/ lucescit in prima sabbati cum custodibus
lucescit in prima sabbati. venit maria magdalena et altera
maria videre sepulcrum/ Et ecce terre motus factus est magnus
Angelus enim domini descendit de celo et accedens revolvit lapidem et se
debat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur/ et ve
stimenta eius sicut nix/ prae timore autem eius exterriti sunt custodes.
et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus.
Nolite timere vos/ Scio enim quod ihesum qui crucifixus est queritis. Non est hic
Surrexit enim sicut dixit/ Venite et videte locum ubi positus
erat dominus/ Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit ~~et petro~~

Et ecce precedit vos in galileam ibi eum videbitis sicut predixit [ecce]
vobis/ Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio et ma
gno currentes nunciare discipulis eius/ Et ecce ihesus occurrit eis dicens
Avete. Ille autem accesserunt. et tenuerunt pedes eius/ et adoraverunt
eum/ Tunc ait illis ihesus. Nolite timere. Ite nunciate fratribus meis
ut eant in galileam. ibi me videbunt/ Que cum abiissent/ ecce quidam
de custodibus venerunt in civitatem. et nunciaverunt principibus sa
cerdotum omnia que facta fuerant/ et congregati cum senioribus consilio
accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes/ Dicite quia
discipuli eius nocte venerunt. et furati sunt eum nobis dormientibus
Et si hoc auditum fuerit a preside/ nos suadebimus ei/ et securos vos
faciemus/ At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti/ Et
divulgatum est verbum istud apud iudeos usque in hodiernum diem.
Undecim autem discipuli abierunt in galileam in montem ubi con
stituerat illis ihesus/ Et videntes eum adoraverunt/ Quidam
autem dubitaverunt/ Et accedens ihesus locutus est eis dicens/ Data

est michi omnis potestas in celo et in terra / Euntes ergo docete
omnes gentes baptisantes eos in nomine patris et filii et spiritus
sancti / Docentes eos servare omnia quecumque mandavi vobis / Et ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi / Amen

Explicit matheus ewangelista Incipit prologus
beati Ieronimi in ewangelium sancti marci etc



arcus ewangelista dei electus et beati petri in
baptismate filius atque in divino sermone
~~filius~~ discipulus sacerdotium in israhel agens
secundum carnem levita conversus ad fidem christi ewan-
gelium in ytalia scripsit ostendens in eo quid
generi suo deberet in christo / Nam ewangelii
principii initium in voce prophetice exclamationis instituens
ordinem levitice electionis ostendit ut predicans predestinatum io-
hannem filium zacharie in voce angeli annunciat emissum
non solum verbum carne factum sed etiam corpus domini et
omnia per verbum divine vocis annunciatum animatum in initio ewangelice
predicationis ostenderet ut qui hec legens sciret cui initium
carnis in domino ihesu christo ad veniet habitaculum caro deberet
agnoscere atque in se verbum vocis quod in consonantibus per-
diderat inveniret / Cuius ordine denique cum perfecti ewangelii
opus intrasset a baptismo domini predicare deum incipiens
non laboravit nativitatem carnis quam in prioribus viderat dicere / sed
totus in expulsione exponitur deserti / Ieiunium numeri temptationem
dyaboli congregationem bestiarum et ministerium protulit angelorum
ut instituens nos ad intelligendum singula in brevi compin-
gens nec auctoritatem facte rei demeret / et perficiendi operis ple-
nitudinem non negaret / Denique amputasse sibi post fidem
pollicem dicitur ut sacerdotio reprobus haberetur / sed tantum consentiens fidei

predestinata potuit electio, ut nec sic in opere verbi perderet quod
prius meruerat in genere. Nam et Alexandrie episcopus fuit. Cuius
per singula opus fuit scire, et evangelii in se dicta disponere.
et disciplinam in se legis agnoscere, et divinam in carne domini
intelligere naturam, que in nobis primum requiri oportet, dehinc inqui-
sita ^ volumus agnosci. Habentes mercedem exortationis, quoniam qui
plantat et qui rigat unum sunt, qui autem incrementum prestat deus est. Explicit prologus

c 1 Initium evangelii ihesu christi filii dei. Incipit marcus

Sicut scriptum est in ysaia propheta. Ecce ego mitto ange-
lum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Vox
clamantis in deserto. parate viam domini. rectas facite semitas eius.
Fuit iohannes in deserto baptisans et predicans baptismum penitentie
in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad illum omnis iudee regio.
et ierosolimite universi. et baptisabantur ab illo in iordanis flumine.
confitentes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis cameli et
zona pellicea circa lumbos eius. et locustas et mel silvestre
edebat. et predicabat dicens. Veniet fortior me post me cuius
non sum dignus procumbens solvere corrigiam calciamentorum
eius. Ego baptisavi vos aqua. ille vero baptisabit vos in
spiritu sancto. Et factum est in diebus illis. venit ihesus a nazareth

galilee et baptisatus est in iordane a Iohanne Et stati ascen=
dens de aqua vidit aptos celos et spm sanctu tamqz colu
bam descendentez et manentez in ipo / Et vox facta est de celis
Tu es filius meus dilectus in te conplacui / Et stati spus ex=
pulit eum in desertum et erat in deserto quadraginta diebus
et xl noctibus et temptabatur a sathana / Eratqz cu bestijs et
angeli ministrabant ei / Postqz autem traditus est Iohannes venit ihus
in galileam pdicans euuangelium regni dei et dicens / Qm imple=
tum est tpus et appropinquabit regnum celorum / penitemini et cre
dite euuangelio / Et pteriens secus mare galilee vidit symonem et An=
dream fratrem eius mittentes retia in mare Erant enim piscatores
/ Et dixit eis ihus venite post me faciam vos piscatores
hominum fieri / Et ptinus relictis retibus secuti sunt eum / Et pgressus
inde pusillum vidit Iacobum zebedei et iohannem fratrem eius
et ipos in navi conponentes retia / Et stati vocavit eos / Et
relicto patre suo zebedeo in navi cum mercenarijs secuti sunt eum

Et ingrediuntur capharnaum et statim in sabbatis ingressus in sy-
nagogam docebat eos / et stupebant super doctrina eius. Erat enim
† docens eos quasi potestatem habens Et non sicut scribe. Et erat in syna-
goga eorum homo in spiritu immundo et exclamavit dicens Quid nobis et
tibi ihesu nazarene. venisti ante tempus perdere nos. Scio quod sis
sanctus dei. Et comminatus est ei ihesus dicens / Obmutesce et exi ab
de homine. Et discerpens eum spiritus immundus / et exclamans voce ma-
magna exiit ab eo / Et mirati sunt omnes / ita quod conquirerent inter
se dicentes. Quidnam est hoc. que doctrina hec nova. quia in potestate
et spiritibus immundis imperat et obediunt ei. Et processit rumor
eius statim in omnem regionem galilee. Et protinus egredientes de
et andree cum iacobo et iohanne. decumbebat autem socrus simonis
synagoga venit in domum symonis / febricitans / et statim di-
cunt ei de illa / Et accedens elevavit eam apprehensa manu eius,
Et continuo dimisit eam febris / et ministrabat eis. Vespere autem
facto cum occidisset sol afferebant ad eum omnes male habentes
et demonia habentes. Et erat omnis civitas congregata ad ianuam

cus

et curat multos q vexabat varijs languoribus et demonia
multa eiciebat / et non sinebat loqui ea qm sciebat eum Et di
luculo valde surgens egressus abijt in desertum locum ibique ora
bat / Et persecutus est eum symon et qui cum illo erant Et cum inve
nissent eum dixerunt ei / quia omnes querunt te / et ait illis / Eamus
in proximos vicos et civitates ut et ibi predicem Ad hoc enim veni / Et
erat docens in synagogis eorum / et omni galilea et demonia
eiciens / et venit ad eum leprosus deprecans eum et genu flexo dixit
Si vis potes me mundare / Jhesus autem misertus eius extendit
manum suam Et tangens eum ait illi volo mundare Et cum di
xisset statim discessit ab eo lepra et mundatus est / Et comminatus est ei
Statimque eiecit illum et dixit ei vide nemini dixeris / Sed vade osten
de te principi sacerdotum / et offer pro emundatione tua que precepit moy
ses in testimonium illis / Et ille egressus cepit predicare et diffa
mare sermonem ita ut iam non posset in civitate introire manifeste
Sed foris in desertis locis esse et conveniebant ad eum undique /

ij c Et iterum intrat capharnaum post dies octo et auditum est quod
in domo esset / et convenerunt multi ita ut non caperet neque ad ianuam
et loquebatur eis verbum / Et venerunt ad eum ferentes paraliticum qui a quatuor ibi
portabatur / Et cum non possent offerre eum illi pre turba nudaverunt tectum ubi
erat / et patefacientes submiserunt grabatum in quo paraliticus iace
bat / Cum autem vidisset ihesus fidem illorum ait paralitico / fili dimit
tuntur tibi peccata / Erant autem illic quidam de scribis sedentes et cogita
tes in cordibus suis / Quid hic sic loquitur blasfemat / Quis potest dimit
tere peccata nisi solus deus / Quo statim cognito ihesus spiritu suo
quod sic cogitarent intra se dicit illis / Quid ista cogitatis in cordibus
vestris / Quid est facilius dicere paralitico / dimittuntur tibi peccata / aut dicere
surge tolle grabatum tuum et ambula / Ut autem sciatis quia potestatem
habet filius hominis in terra dimittendi peccata ait paralitico Tibi
dico surge tolle grabatum tuum et vade in domum tuam / Et statim
ille surrexit et sublato grabato abiit inde coram omnibus ita
ut mirarentur omnes et honorificarent deum dicentes / quia numquam sic

sic uidi9 Et egressus est rursus ad mare / omnisque turba veniebat ad eum et docebat eos / Et cum preteriret uidit leui alphei sedentem ad theoloneu. et ait illi. Sequere me Et surgens secutus est eu Et factum est cum accumberet in domo illi9. multi publicani et peccatores simul discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Erant enim multi qui sequebantur eum / et scribe et pharisei videntes quia manducaret cum publicanis et peccatoribus dicebant discipulis eius / Quare cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit magister vester / Hoc audito ihesus ait illis / Non necesse habent qui sani sunt medico. sed qui male habent Non veni enim vocare iustos sed peccatores / Et erant discipuli iohannis et pharisei ieiunantes / et veniunt et dicunt illi / Quare discipuli iohannis et phariseorum ieiunant / tui autem discipuli non ieiunant / Et ait illis ihesus / Numquid possunt filii nuptiarum quamdiu sponsus cum illis est ieiunare. Quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo enim assumentum panni rudis assuit vestimento

veteri: alioquin aufert supplementum novum a veteri et maior scissura
fit. Et nemo sed mittit vinum novum in utres veteres alioquin dis
rumpet vinum utres et vinum effundetur et utres peribunt sed vinum
novum in utres novos mitti debet. Et factum est iterum cum sab
batis ambularet per sata et discipuli eius ceperunt progredi et evel
lere spicas et manducare. Pharisei autem dicebant ei Ecce quid
faciunt discipuli tui sabbatis quod non licet. Et ait illis Numquam
legistis quid fecerit David quando necessitatem habuit et esuriit ipse et qui
cum eo erant. Quomodo introivit in domum dei sub abiathar princi
pe sacerdotum et panes propositionis manducavit quos non licebat
manducare nisi solis sacerdotibus et dedit eis qui cum eo erant. In cam

Et dicebat eis Sabbatum propter hominem factum est et non homo propter Capitulum iii
sabbatum. Itaque dominus est filius hominis etiam sabbati. Et introivit iterum
in synagogam. Et erat ibi homo habens manum aridam. et observa
bat eum si sabbatis curaret. ut accusarent illum. Et ait homini
habenti manum aridam. Surge in medium. et dicit eis. licet sabba

cius

benefacere an male. animaz saluā facere an pdere/ At illi ta-

cebant/ Et circumspiciens eos cū ira contristatus sr cecitate cordis eorū/

dicit hōi/ Extende manū tuā et extendit/ et restituta est manus

illius/ Exeuntes autē statim pharisei cū herodianis consilium fa-

ciebant adūsus eū. quo eum pderent/ ihūs at cū discipulis suis

secessit ad mare et multa turba a galilea et iudea secuta e

eū et ab ierlimis et ab ydumea et transiordane/ et q circa tyrum

et sydonem multitudo magna audientes que faciebat ve-

nerunt ad eū Et dixit discipulis suis/ ut nauicula sibi deserui-

ret ppter turbaz ne comprimerent eum/ Multos enim sanabat/

ita ut irruerent in illum ut illud tangerent/ Quotquot at habebant plagas/ et

spūs inmundi cū illum uidebant pcidebant ei et clamabant

dicentes Tu es filius dei et vehementer comminabatur eis ne mani-

festarent illum Et ascendens in montem vocat ad se quos uoluit

ipse/ Et venerunt ad eum/ Et fecit ut essent xij cum illo et ut

mitteret eos pdicare euangelium/ Et dedit illis ptatem curandi infir-

mos et eiciendi demonia Et imposuit symoni nomen petrus
et iacobum zebedei et iohannem fratrem iacobi Et imposuit eis no
mina boanerges. quod est filii tonitrui / Et andream et philip
pum et bartholomeum et matheum et thomam et iacobum alphei
et thadeum et symonem cananeum. et iudam scarioth qui tradidit
illum Et veniunt ad domum / et conuenit iterum turba ita ut non
possent neque panem manducare / Et cum audissent sui discipuli exierunt
tenere eum / Dicebat enim quoniam in furore versus est / Et scribe
qui ab ierosolimis descenderant dicebant / quoniam beelzebub habet / Et quia
in principe demoniorum eicit demonia / Et conuocatis eis in
parabolis dicebat eis Quomodo sathanas potest sathan eicere / Et si
regnum in se diuidatur / non potest stare regnum illud Et si domus
super semetipsam dispertiatur non poterit domus illa stare Et si sathanas
consurrexit in semetipsum dispertitus est / et non poterit stare / sed
finem habet / Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere nisi
prius fortem alligetur et tunc domum eius diripiet / Amen dico

vobis quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata et blasfemie
quibus blasfemaverint / Qui autem blasfemaverit in spiritum sanctum non
habet remissionem in eternum / sed reus erit eterni delicti: quoniam dicebant
spiritum immundum habet / Et veniunt mater eius et fratres. et foris stantes
miserunt ad eum vocantes eum / Et sedebat circa eum turba / et
dicunt ei / Ecce mater tua et fratres tui foris querunt te / Et respondens
eis ait / que est mater mea et fratres mei / Et circumspiciens eos qui
in circuitu eius sedebant ait / Ecce mater mea et fratres mei / qui
enim fecerit voluntatem dei . hic frater meus et soror mea et mater mea est
Et iterum cepit ihesus docere ad mare . et congregata est ad eum iiii c
turba multa. ita ut in navem ascendens sederet in mari / Et omnis
turba circa mare super terram erat / Et docebat eos in parabolis
multa / Et dicebat illis in doctrina sua Audite ecce exiit se-
minans ad seminandum / Et dum seminat aliud cecidit circa viam / et ve-
nerunt volucres celi et comederunt illud / Aliud vero cecidit super
petrosa ubi non habuit terram multam et statim exortum est / quoniam non

habebat altitudinē terre / Et qn exortus est sol estuauit illud /
et eo quod non habuit radicē exaruit / Et aliud cecidit in spinas
et ascenderunt spine et suffocauerunt illud et fructum non dedit
Et aliud cecidit in terrā bonā et dabat fructum ascendentē et cre-
scentē / Et afferebat vnum tricesimum et vnum sexagesimum et
vnum centesimum / Et dicebat / Qui habet aures audiendi audiat
Et cum esset singularis interrogauerunt eum hij qui cum eo erant duodecim
parabolā et dicebat eis / vobis datum est scire misterium re-
gni dei Illis autē qui foris sunt in parabolis omnia fiunt
Vt videntes videant et non videant / et audientes audiant et non
intelligant neque conuertantur et dimittantur eis peccata / Et ait illis
Nescitis parabolā hanc / et quo omnes parabolas cognoscetis / Qui
seminat verbum seminat / Hij autē sunt qui circa viam vbi seminatur
verbum et cum audierint confestim venit sathanas et aufert verbum
quod seminatum est in cordibus eorum Et hij sunt similiter qui super pe-
trosa seminantur / qui cum audierint verbum / statim cum gaudio acci

aus

puut illud Et non hent in se radices s; tpales st/ Dein
orta tribulatoe et psecutone ppter vbm. confestim scandali
zant/ Et alij sunt q̄ in spinis seminant/ hij st qui vbm audiut
et erupne seculi et decepto psp̄ditatis diuitiarum et cira reliq
concupisce introeuntes suffocant vbm/ et sine fructu efficit. Et hij st
q̄ sup terra bonam seminati sut/ q̄ audiunt vbm dei et suscipi
unt et fructificant vnm tricesimu et vnu sexagesimu et vnu
centhesimu/ et dicebat illis. qui habet aures audiendi audiat
Nunqd venit lucerna ut sub modio ponat aut sub lecto/ Nonne
ut sup candelabrum ponat/ Non enim est aliqd absconditum
qd non reueler/ nec factu est occultum qd in palam non veniat
Si qs habet aures audiendi audiat/ Et dicebat illis ihus.
Uidete qd audiatis in q̄ mensura mensi fuitis remetiet vob
et adiciet vobis/ Cui enim ht dabit illi/ Et cui no ht etiam
qd habet auferet ab illo/ Et dicebat Sic est regnum dei/
Quemadmodum si homo iaciat sementem in terram et dormiat

et exurgat nocte ac die · et semen germinet et increscat
dum nesciat ille / Ultro enim terra fructificat primum herba / deinde
spicam deinde plenum fructum in spica / et cum se [ipse] produxerit fructus
statim inmittit falcem quoniam adest tempus messis · et dicebat / Cui assi-
milabimus regnum dei / aut cui parabole comparabimus illud / [illegible]
minus est omnibus seminibus que sunt in terra / et cum natum fuerit
[illegible] sicut granum sinapis quod cum seminatum fuerit [in terra] ascendit in
arborem / Et fit maius omnibus oleribus et facit ramos ma-
gnos ita ut possint sub umbra eius aues celi habitare / Et talibus
multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire / Sine
parabola autem non loquebatur eis / Seorsum autem discipulis suis di-
sserebat omnia / Et ait illis · in illa die cum sero esset factum ·
transeamus contra / Et dimittentes turbam assumunt eum · ita ut
erat in naui / Et erant alie naues cum illo / Et facta est procel-
la magna venti / Et fluctus mittebat in nauem ita ut im-
pleretur nauis / et erat ipse in puppi [super] ceruical dormiens / Et ex-
citant eum et dicunt ei magister non ad te pertinet quia perimus / Et exurgens

comīatus est vento / et dixit mari tace et obmutesce et cessavit
ventus / et facta ē tranquillitas magna / et ait illis / Quid timidi
estis adhuc nec dum habetis fidem / et timuerunt magno timore et v. c
Et dicebat ad alterutrum Quis putas est iste. quia ventus et
Cap. v.
mare obediunt ei / Et venerunt trans fretum maris in regionem
Gerasenorum / Et exeunti ei de navi statim occurrit ei de monumentis
homo in spiritu immundo / qui domicilium habebat in monumentis Et
neque cathenis iam quisquam eum poterat ligare / quoniam sepe com:
pedibus et cathenis vinctus / dirupisset cathenas et compedes
comminuisset / et nemo poterat eum domare Et semper die ac nocte
in monumentis et in montibus erat clamans et concidens se lapidibus
Videns autem ihesum a longe cucurrit et adoravit eum / et clamans vo
ce magna dixit ei / Quid michi et tibi ihesu fili dei summi altissimi Adiuro
te per deum vivum ne me torqueas / Dicebat enim illi / Exi spiritus immunde
ab homine / et interrogabat eum ihesus Quod tibi nomen
est / Et dicit ei legio nomen michi est quia multi sumus / Et dep

cabatur eu multu ne se expelleret extra regione. Erat aute
ibi circa monte grex porcorum magnus pascens. Et deprecabantur
eum spus dicentes: Mitte nos in porcos ut in eos introeamus.
Et concessit eis statim ihus. Et exeuntes spus immundi introierunt
in porcos et magno impetu grex precipitatus est in mare
ad duo milia et suffocati sunt in mari. Qui aute pascebant
eos fugerunt et nuntiaverunt in civitate et in agros. Et egressi
sunt videre quid esset factum. Et veniunt ad ihm et vident
illum qui a demonio vexabatur sedente vestitum et sane mentis
et timuerunt. Et narraverunt illis qui viderant qualiter factum
esset ei qui demonium habuerat et de porcis. Et rogare eum
ceperunt ut discederet de finibus eorum. Cumque aute ascenderet
navem cepit illum deprecari qui a demonio vexatus fuerat ut esset
cum illo. Ihus et non admisit eum sed ait illi: Vade in domum
tuam ad tuos et annuntia illis quanta tibi dns fecit et misertus
sit tui. Et abiit et cepit predicare in decapoli quanta sibi fecisset

cuſ

ihus Et omis mirabat. Et cu ascendisset ihus in navi rursum
transfretu · quenit tba mlta ad illu / Et erat cca mare · et venit
quidam de archisinagogis noie iairus · et videns eum procidit ad pedes
eius et deprecabat eum multum dicens / Qm filia mea in extremis
est veni impone manum tuam sup eam vt salva sit et vivat / Et abiit
cu illo / et seqbat eum turba mlta · et coprimebat illu / Et mlr
que erat in pfluvio sanguinis annis xii · et fuerat mlta ppessa
a cplibus medicis · et erogaverat omia sua nec quicq pfe
cerat / sed magis deterius hebat Cu audisset de ihu venit i tba
retro et tetigit vestimentu eius dicebat enim Qa si vl vestimentu
eius tetigero salva ero Et confestim siccatus est fons sanguinis eius
et sensit i corpe q sanata eet a plaga · Et stati ihus cognoscens
i semetipso virtutem que exierat de eo / conversus ad tbam aiebat / Quis
tetigit vestimenta mea / Et dicebat ei discipli sui / Vides tbam co-
primente te / et dicis quis me tetigit · Et circuspiciebat videre eam
que hoc fecerat · Mulier ai timens et tremens / sciens q factum eet in se

venit et procidit ante eu͂ Et dixit ei omnem veritatem Ipse autem dixit ei filia fides tua te salvã

fecit vade in pace et esto sana a plaga tua Adhuc eo lo

quente veniunt nuncij ad archisinagogum dicentes· qr filia tua

mortua ē / qd ultra vexas magistrum / Ihus aute͂ audito vo qd dice

bat̃· ait archisinagogo· Noli time͂· tantũ crede· Et no͂ admisit

quemq͂ sequi se nisi petrũ et Jacobum et Johem fratrẽ eius / et veniunt

ad domu͂ archisinagogi· et uidit tumultu͂ et flentes et e

iulates multu͂· Et ingressus ait illis / Quid turbami͂ et plo

ratis / puella no͂ est mortua· sed dormit / Et irridebant

eum Ipse vero eiectis omnib9 assumit patrẽ et matrẽ puelle

et q̃ secu͂ erant / et ingrediunt̃ ubi erat puella iacẽs et tenẽs

manu͂ puelle ait illi / Thabita cumi q̃d est interpretatu͂

puella t̃ dico surge / Et confestĩ surrexit puella et ambu

labat Erat aute͂ annoꝝ xij / et obstupuert̃ stupore ma

ximo gno / Et precepit illis uehemet̃· ut nemo id sciret· et iussit dari

illi manducare / Et egressus inde abijt in patriã suã et sequebat̃

cius

ET facto sabbato cepit ihus vi c. /. illum discipuli sui:
in synagoga docere / Et multi audientes admirabantur in doc
trina eius dicentes / Unde huic hec omnia. et que est sapientia. que
data est illi / et virtutes tales que per manus eius efficiuntur Nonne
iste est fabri filius marie / frater iacobi et ioseph et iude et sy
monis Nonne hic et sorores eius nobiscum sunt / et scandaliza
bantur in illo Et dicebat eis ihus quia non est propheta sine honore
nisi in patria sua et in domo sua. Et in cognatione sua. Et non poterat
ibi ullam virtutem facere. nisi paucos infirmos impositis manibus
curavit / Et mirabatur propter incredulitatem illorum / et circuibat
castella in circuitu docens. Et convocat xii et cepit eos mittere
binos / et dabat illis potestatem spirituum immundorum / Et precepit eis
ne quid tollerent in via. nisi virgam tantum. Non peram non panem
neque in zona es sed calciatos sandaliis et ne induerentur duabus
tunicis. et dicebat eis Quocumque introieritis in domum illic
manete donec exeatis inde Et quicumque non receperint vos nec

audierint vos / exeuntes inde excutite pulverem de pedibus vestris
in testimonium illis. Et exeuntes predicabant ut penitentiam agerent
et demonia multa eiciebant / et ungebant oleo multos egros
et sanabant. Et audivit Herodes rex / manifestum enim factum
est nomen eius et dicebat / quia Johannes baptista resurrexit a mor
tuis / et propterea operantur virtutes in illo. Alii autem dicebant / quia Heli
as est / Alii vero dicebant quia propheta est et quasi unus ex prophetis
Quo audito Herodes ait / quem ego decollavi Johannem / hic a
mortuis resurrexit / Ipse enim Herodes misit ac tenuit Johannem
et vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris
sui quia duxerat eam / Dicebat enim Johannes Herodi. Non licet
tibi habere uxorem fratris tui / Herodias autem insidiabatur illi / et vo
lebat occidere eum / nec poterat / Herodes enim metuebat Johannem /
sciens eum virum iustum et sanctum et custodiebat eum / Et audito
eo multa faciebat / et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus
accidisset Herodes natalis (in natali suo) sui cenam fecit principibus et tribunis

tus

et primis galilee Cumque introisset filia ipsius herodiadis et sal
taret et placuisset herodi / Simulque recumbentibus rex ait puel
le / pete a me quod vis et dabo tibi / Et iuravit illi quia quicquid pe
tieris dabo tibi / licet dimidium regni mei / Que cum exisset
dixit matri sue / Quid petam. Et illa dixit / Caput iohannis baptiste
Que cum introisset statim cum festinatione ad regem petivit dicens
volo ut protinus des michi in disco caput iohannis baptiste / Et contri
status est rex propter iusiurandum / Et propter simul discumbentes /
noluit eam contristare / Sed misso speculatore precepit afferri caput
iohannis in disco et decollavit eum in carcere / et attulit caput
eius in disco / et dedit attulit illud puelle / et puella dedit matri
sue / Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus
eius / et posuerunt illud in monumento / Et convenientes apostoli ad
ihesum renunciaverunt illi omnia que egerant et docuerant / Et
ait illis venite seorsum in desertum locum et requiescite pusillum
Erant enim qui veniebant et redibant multi / et nec manducandi

spatium habebat / Et ascendentes in naue abierunt in desertum lo-
cum seorsum / Et viderunt eos abeuntes / et cognouerunt multi et pe-
destres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc / et preuenerunt
eos / Et exiens vidit turbam multam ihesus / et misertus est super eos
quia erant sicut oues non habentes pastorem / Et cepit docere illos
multa / Et cum iam hora multa fieret accesserunt ad eum di-
scipuli eius dicentes / Desertus est locus hic / et iam hora preteriit
dimitte illos illos ut euntes in proximas villas et vicos emant
sibi cibos quos manducent / Et respondens ihesus ait illis Date illis
vos manducare / Et dixerunt ei Euntes emamus denariis ducentis
panes et dabimus eis manducare / Et dicit eis / Quot habetis
panes Ite et videte / Et cum cognouisset dicunt / Quinque et duos
pisces / Et precepit illis ut accumbere facerent omnes / secundum contuber-
nia super viride fenum / Et discubuerunt in partes per centenos pre-
tenos et quinquagenos / Et acceptis quinque panibus et duobus
piscibus intuens in celum benedixit et fregit panes / deditque

cus

discipulis suis ut ponerent ante eos/ et duos pisces diuisit omnibus
et manducauerunt omnes/ et saturati sunt/ Et sustulerunt reliquias
fragmentorum xii cophinos plenos et de piscibus Erat autem
qui manducauerunt quinque milia virorum/ Et statim coegit discipulos
suos ascendere nauem vt precederent eum transfretum ad bethsaidam
dum ipse dimitteret populum Et cum dimisisset eos abiit in montem
orare Et cum sero esset erat nauis in medio maris Et ipse solus
in terra Et videns eos laborantes in remigando/ Erat enim ventus contrarius
eis/ et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super
mare Et volebat preterire eos/ At illi ut viderunt eum ambulantem
supra mare putauerunt fantasma esse et exclamauerunt Omnes
enim eum viderunt et conturbati sunt/ Et statim locutus est ad eis et dixit
illis Confidite ego sum nolite timere/ Et ascendit ad illos in
nauem/ Et cessauit ventus/ Et plus magis intra se stupebant Non
enim intellexerant de panibus/ Erat enim cor eorum obcecatum
et cum transfretassent peruenerunt in terram genezareth et applicuerunt

Cumque egressi essent de navi continuo cognoverunt eum / Et percurren-
tes in universam regionem illam / ceperunt in grabatis eos qui se male
habebant circumferre / ubi audiebant eum esse / Et quocumque introibat
in vicos vel in villas aut civitates in plateis ponebant infirmos / et depre-
cabantur eum / ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent / et quotquot tangebant
Et conveniunt ad eum pharisei et quidam vij ca / eum salvi fiebant
de scribis venientes ab Iherosolimis / Et cum vidissent quosdam ex discipulis
eius communibus manibus id est non lotis manducare panes / vituperaverunt eos /
pharisei autem et omnes iudei nisi crebro laverint manus non man-
ducant tenentes tradiciones seniorum / Et a foro redeuntes nisi baptizentur
non comedunt / Et alia multa sunt que tradita sunt illis servare /
baptismata calicum et urceorum et eramentorum et lectorum / Et interro-
gabant eum pharisei et scribe dicentes Quare discipuli tui non ambulant
iuxta tradicionem seniorum / sed communibus manibus manducant panem / At
ille respondens dixit eis / Bene prophetavit ysaias de vobis ypocritis /
sicut scriptum est / populus hic labiis me honorat / cor autem eorum longe

est a me In vanu aute me colut docetes doctnas et pcepta
hoim Relinquetes eni madatu di tenetes tradicoes hoim Bap
tisma urceoru et calicu et alia silia hijs facitis mlta et dice:
bat eis Bene irritu facit pceptu dei vt tradicoe vram suetis
Moyses eni dixit Hora prem tuu et mrem tua Et q male
dixerit pri ul mri morte moriet Vos aut dicitis Si qs dixit ho
pri uel mat corban qd est donu qdcuq ex me est t psuerit
Et vltra no dimititis eu qdq face pri suo a mri Rescidetes
vbu dei p tradicoe vram stulta q tradidistis et silia huius mlta
facitis Et advocans iteru turba dicebat illis Audite me omes
intelligite et intelligite Nichil est extra homine introiens
in eu qd possit eu coinquinare sed que de homine pcedunt
illa sunt que coinquinat homine Si quis habet aures au:
diendi audiat Et cu introisset domu a turba interrogabant
eum discipli eius pabola et ait illis Sic et vos imprudentes
estis Non intelligitis qr omne extrinsecus intrans in hominem

no pt homiez coinqnare qz no intruit in cor eius/ sed in ventrem
et inse cessu exit purgans oms escas/ Dicebat aut/ Qm que
de homie exeut illa coinqnat homiez/ Abintus em de cor
de hoim pcedut cogitacoes male. adulteria. fornicacoes
homicidia. furta avaricie et neqcie dol. ns i pudicicia. oculus
malus. blasfemia. supbia. stulticia. Oia hec mala abintus
exut/ et coinqnat homiez/ Et inde surgens abiit i fies
tiri et sydonis et ingressus in domu neiez voluit scire/ et no
potuit latere/ Mulier em statim ut audivit de eo cuius hebat
filia spm imudm/ intrat et pcidit ad pedes eius/ Erat em
em mlr gentilis sirophenissa gne. et rogabat eu. ut de
monium eiceret de filia eius/ Cui dixit illi/ Sine pus saturari
filios/ Non est em bonu sume pane filiorum et mittere canibus
ad manducandum/ At illa rndet/ et dixit. utiqz domine nam et ca
tholli edunt sub mesa de micis q cadunt puerorum/ Et ait illi
ppter hunc smoz/ vade exiit demonium de filia tua/ Et cu

cus

abisset domū suā invenit puellā iacentem sup lectū et demoniū
exisse Et iterū exiens de finibꝰ tyri venit p sydone ad mare
galilee. int medios fines decapoleos Et adducunt ei surdū
et mutum et depcabantur eum ut imponat manū illi Et
apphendens eum de turba seorsū misit digitos suos in auri-
culas suas/ et expuens tetigit linguā suā et suspiciens in ce-
lū ingemuit/ et ait illi/ Effeta quod est adaperire/ et statī apte
sunt aures eius/ et solutū est vinculū lingue eius/ et loque-
batur recte/ et precepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis pcipiebat
tanto magis plus pdicabant/ Et eo amplius admirabantur dicentes/ Bene
omnia fecit et surdos fecit audire et mutos loqui viij ca m
In diebꝰ illis iterū cū multa turba eēt cū eo nec hrent quod
manducarent/ convocatis discipulis/ ait illis Misereor sup turbā
quia ecce iam triduo sustinent me. nec hent quod manducent/ Et si di-
misero eos ieiunos in domū suā. deficient in via/ Quidā enim
ex eis de longe venerunt/ Et responderunt ei discipuli sui/

Unde istos potit quis hic saturare panib9 in sollitudie / Et
interogauit eos qt panes hetis / Qui dixerut septe Et precepit
turbe discubere sup tram Et accipiens septe panes gras
agens fregit et dedit discipulis suis ut apponeret / et appo
suerunt turbe / Et hebat pisciculos paucos / et ipos bndixit
et iussit apponi / Et manducauerut omes et saturati st / et sustu
lerut qd superaverat defragmetor septe sportas Erat aute
q manducauerat qsi quatuor milia et dimisit eos Et stati asce
dens naue cum abiit trasfretu ad discipulis suis / et venit in
ptes dalmanuthe / et exierut pharisei et ceperut coqre
cu eo / querentes ab eo signu de celo teptates eu / et inge
miscens spu ait / Quid gnacio qrit ista signu Ame dico
vobis / si dabit gnacioni huic signu / Et dimittes eos asce
dens iteru naue abiit trasfretu et oblti st sumere panes
et nisi unu pane no hebant secu in naui / Et precipieba
eis dicens videte et cauethe a fermeto phariseor et fermeto Herodis / et cogitaba

nis

ad alterutrum dicentes / quia panes non habemus / Quo cognito
ihesus ait illis / quid cogitatis quia panes non habetis Nondum
cognoscitis nec intelligitis adhuc habetis cecatum cor vestrum oculos
habentes non uidetis et habentes aures non auditis nec recordamini
quando quinque panes fregi in quinque milia · et quot cophinos plenos
sustulistis fragmentorum · dicunt ei · duodecim · Quando et septem panes
in quattuor milia / quot sportas fragmentorum tulistis / Et dicunt ei
septem / et dicebat eis / quomodo nondum intelligitis / Et veniunt bethsai-
da · et adducunt ei cecum / et rogabant eum ut illum tangeret / Et ap-
prehensa manu ceci eduxit eum extra vicum · et expuens in oculos
eius impositis manibus suis interrogavit eum si aliquid videret / Et aspiciens
ait video homines velut arbores ambulantes / Deinde iterum imposuit
manus super oculos eius et cepit videre / Et restitutus est ita ut vi-
deret clare omnia / Et misit illum in domum suam dicens Vade
in domum tuam / et si in vicum introieris nemini dixeris / Et egres-
sus est ihesus et discipuli eius in castella cesaree philippi / et

in via interogabat disciplos suos dicens eis / Quem me dicunt ee hoies
Qui responderunt illi dicentes Alii iohnem baptistam · alii eliam · alii
vero qsi unum de pphetis Tunc dicit illis / Vos vero quem me dicitis
ee Respondens petrus dixit ei Tu es xpus / Et comminatus est eis
ne cui dicerent de eo et cepit docere illos / qm oportet filium hois
multa pati et reprobari a senioribus et a summis sacerdotibus et scribis
et occidi Et post dies tres resurgere / et palam verbum loquebatur / Et
apprehendens eum petrus cepit increpare eum / qui conversus et vi
dens disciplos suos comminatus est petro dicens Vade retro me
sathanas qm non sapis ea que dei sunt / sed que hominum Et convocata
turba cum discipulis suis dixit eis Si quis vult me sequi abneget
semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me Qui enim voluerit
·/· autem qui perdiderit aiam suam ppter me et evangelium salvam faciet eam
aiam suam salvam facere perdet eam Quid enim pderit homini si
lucretur mundum totum et detrimentum paciatur faciat anime sue aut quid homo
dabit commutacionis pro aia sua Qui enim me confessus fuerit
et mea verba in generacione ista adultera et peccatrice / Et filius

hominis confitebitur eum cum venerit in gloria patris sui cum angelis suis. Et
dicebat illis. Amen dico vobis / quia sunt quidam de hic stantibus qui
non gustabunt mortem donec videant regnum dei veniens in virtute /

Et post dies sex. assumpsit ihesus petrum iacobum et iohannem et
duxit illos in montem excelsum seorsum solus. Et transfiguratus est coram
ipsis / et vestimenta eius facta sunt splendida et candida nimis
velud nix / qualia fullo super terram non potest facere candida / Et
apparuit illis helias cum moyse et erant loquentes cum ihesu / Et respondens
petrus ait ihesu / Rabbi bonum est nos hic esse / Et faciamus tria tabernacula:
cula. tibi unum et moysi unum. et helie unum. Non enim sciebat
quid diceret. Erant enim timore exterriti / Et facta est nubes obumbrans
eos / Et venit vox de nube dicens / Hic est filius meus karissimus
audite illum. Et statim circumspicientes neminem amplius viderunt
nisi ihesum tantum secum / Et descendentibus illis de monte precepit illis ne
cuiquam que vidissent narrarent / nisi cum filius hominis a mortuis
resurrexerit / et verbum continuerunt aput se conquirentes / quid esset

cu a mortuis resurrexerit / Et interrogabant eu dicentes / Quid ergo
dicunt phari et scribe / quia heliam oportet venire primum / Qui respo
dens ait illis / Helias cu venerit / primo restituet omnia / Et quo
scriptu est in filiu hominis / vt multa patiatur et contempnatur / Sed di
co vobis quia et helias venit / et fecerunt illi quecumque voluerunt
sicut scriptu est de eo / Et veniens ad discipulos suos vidit turbam
magnam circa eos et scribas conquirentes cu illis / Et confestim omnis
populus videns ihesum stupefactus est et expauit / Et accurentes sa-
lutabant eu / Et interrogauit eos / Quid inter vos conquiritis / Et re-
spondens vnus de turba dixit / Magister attuli filiu meu
ad te habente spiritum mutu / qui vbicumque eu apprehenderit
allidit eu et spumat / et stridet dentibus et arescit / Et dixi di
scipulis tuis vt eicerent illu et non potuerunt / Qui respondens dixit
eis / O generatio incredula quamdiu apud vos ero quamdiu vos pa
tiar / Afferte illu ad me / Et attulerunt illu / et cu vidisset
eu / statim spiritus conturbauit eum / Et elisus in terram volutabatur

tus

spumat Et interrogat patrem eius quantum temporis est ex quo hoc ei
accidit At ille ait ab infancia Et frequenter eum et in ignem et in
aquas misit ut eum perderet Sed et si quid potes adiuua nos misertus nostri
Ihesus autem ait illi Si potes credere omnia sunt possibilia credenti
Et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat Credo domine
adiuua incredulitatem meam Et cum videret ihesus concurrentem turbam
comminatus est spiritui immundo dicens illi Surde et mute spiritus ego
tibi precipio exi ab eo et amplius ne introeas in eum Et excla
mans et multum discerpens eum exiit ab eo Et factus est sicut mortuus
ita ut multi dicerent quia mortuus est Ihesus autem tenens manum eius ele
uauit eum et surrexit Et cum venisset introisset in domum discipuli eius secreto
interrogabant eum Quare nos non potuimus eicere eum Et dixit eis
Hoc genus in nullo potest eicere exire nisi in oratione et ieiunio Et inde pro
fecti pretergrediebantur galileam nec volebant quemquam quemquam scire Doce
bat autem discipulos suos et dicebat illis Quoniam filius hominis trade
tur in manus hominum et occident eum Et occisus tercia die resurget At illi

ignorabat verbum et timebat eum interrogare Et venerunt ca
pharnaum Qui cum domi essent interrogabat eos Quid in via
tractabatis At illi tacebant siquidem inter se in via disputaverant quis
esset illorum maior Et residens vocavit duodecim et ait illis Si quis
vult primus esse erit omnium novissimus et omnium minister Et accipiens
puerum statuit eum in medio eorum Quem cum complexus esset ait illis
Si quis unum de huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit
Et quicumque me susceperit non solum me suscipit sed eum qui misit
me Respondit illi ihesus Iohannes dicens Magister vidimus quendam in nomine meo
tuo eicientem demonia qui non sequitur nos et prohibuimus eum Ihesus
autem ait Nolite prohibere eum Nemo enim est qui faciat virtutem
miracula in nomine meo et possit cito male loqui de me Qui enim non
est adversum vos pro vobis est Quisquis enim potum dederit vobis
calicem aque frigide in nomine meo quia christi estis Amen
dico vobis non perdet mercedem suam Et quisquis scandalizaverit unum
ex his pusillis credentibus in me Bonum est ei magis si circumdaretur

mola azinaria collo eius et in mare mitter'/ Et si standa
lizauit te man⁹ tua · ab scīde illā/ Bonū est tibi debilē int̄ı
re ad uitā etnā/ q̄ duas man⁹ hn̄tē ire ad gehenam ı ignē
inextinguibilē/ ubi u'mis eo⁊ non morit' et ign̄s no̅ extin
guit/ Et si pes tuus standalizat te amputa illū/ Bonum
est tibi claudū intrare in uitā etnā/ q̄m duos pedes hn̄tē mit
ti in gehennā ignis inextinguibilis/ ubi u'mis eo⁊ no̅ morit'
et ignis no̅ extinguit'/ Et si oculus tuus standalisat te · eice eū Bonū
est tibi luscū intrare in regnū dei q̄ duos oclōs hn̄tē mitti
in gehennā ignis/ ubi u'mis eo⁊ no̅ morit' / et ign̄s no̅ exti:
guit/ Oīs enī igne saliet' et omīs victimā sale saliet' Bonū est
sal q̄ si sal insulsū fuit' in q̄ illud cōdiet' Habete in vobis sale

Et inde exurges venit x · r · et pace hēte inter vos et
in fines iudee ult' iordane/ Et conveniunt ad eū iterū turbe Et sicut
consueverat iterū docebat illos/ Et accedētes pharisei interrogabant
eū/ Si licet viro uxorē dimittere temptantes eum/ At ille respondens

dixit eis / Quid precepit moyses vobis Qui dixerunt moy
ses permisit libellum repudii scribere et dimittere Quibus respon
dens ihesus ait ad duriciam cordis vestri scripsit moyses vobis preceptum istud
Ab inicio autem creature masculum et feminam fecit eos deus.
Et dixit propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam
et adherebit uxori / et erunt duo in carne una / Itaque iam
non sunt duo sed una caro / Quod ergo deus coniunxit homo non
separet / Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogaverunt
eum et dixit illis / Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam
duxerit adulterium committit super eam istam Et si uxor dimiserit
virum suum et alii nupserit mechatur / Et offerebant illi parvu-
los ut tangeret illos / Discipuli autem comminabantur offerentibus
Quos cum videret ihesus indigne tulit / Et ait illis Sinite par
vulos ad me venire / et ne prohibueritis eos Talium enim est regnum
celorum Amen dico vobis / quisquis non receperit regnum dei velut
parvulus non intrabit in illud / Et complexans eos et imponens manus

sup illos benedicebat eos Et cum egressus esset in viam procur
rens quidam genu flexo ante eum rogabat eum dicens Magister
bone quid faciam ut vitam eternam percipiam Ihesus autem dixit ei
Quid me dicis bonum Nemo bonus nisi unus solus deus precepta nosti
Ille dixit Que ne adulteres ne occidas ne fureris ne falsum te
stimonium dixeris ne fraudem feceris honora patrem tuum et matrem tuam At ille
respondens ait illi Magister hec omnia conservavi a iuventute mea Ihesus
autem intuitus eum dilexit eum et dixit ei Unum tibi deest vade
quecumque habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in celo
et veni sequere me Qui contristatus in verbo abiit merens Erat enim
habens possessiones multas Et circumspiciens ihesus ait discipulis suis Quam
difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt Discipuli autem
obstupescebant in verbis eius At ihesus rursus respondens ait illis Filioli
quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum dei introire Faci
lius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum
dei celorum Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos Et

quis pt saluus fieri/ Et intuens illos ihus ait/ Apud hoies
impossibile est/ sz nō apud deum/ Omnia enim possibilia st
apud deum/ et post cepit ei petrus dicere/ Ecce nos dimisim⁹ omnia
et secuti sum⁹ te/ Rndens ihus ait/ Amē dico vobis/ Nemo ē
qui relinquerit/ domum aut fres aut sorores aut prem aut mrem
et filios aut agros ppt me et ppt euuangl. q nō accipiat centies
tm/ nunc in tpe hoc domos et fres et sorores et mres et filios
et agros cū psecutionib⁹/ et i sclo futuro uitam etnaz Multi
aute erunt nouissimi pmi et pmi nouissimi/ Erant autem
in via ascendētes ir̄lm/ Et pcedebat illos ihus et stupebant
et sequētes timebant/ Et assumens iterū xii cepit illis dicere
que eent ei ventura/ qz ecce ascendim⁹ ir̄lm et fili⁹ hoīs
tradetur pncipib⁹ sacerdotū et scribis et senioribus et dāpnabunt eū
morte/ Et tradent eum gentib⁹ et illudent illi/ et cōspuent
eum et flagellabunt et interficiet eū et tcia die resurget a mor
tuis Et accedunt ad illum Iacob⁹ et Iohēs filii zebedei dicētes

cus

Magister volumus ut quodcumque petierimus facias nobis/ At ille dixit
eis/ Quid vultis ut faciam vobis/ Et dixerunt Da nobis ut unus ad dex
teram tuam et alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua/ Ihesus
autem ait eis/ Nescitis quid petatis/ potestis bibere calicem quem ego bi
biturus sum aut baptismo quo ego baptisor baptisari/ At illi dixerunt
ei possumus/ Ihesus autem ait eis Calicem quidem quem ego bibo bi
betis et baptismo quo ego baptisor baptisabimini/ Sedere autem
ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis/ sed quibus
paratum est/ Et audientes decem ceperunt indignari de iacobo et iohanne
Ihesus autem vocans eos ait illis Scitis quia hii qui videntur principari
gentibus dominantur eis/ et principes eorum potestatem habent ipsorum/ Non ita autem
est in vobis/ Sed quicumque voluerit fieri maior erit minister vester
Et quicumque voluerit fieri maior in vobis primus esse. erit omnium
servus Nam et filius hominis non venit ut ministraretur ei/ sed ut mi
nistraret/ et daret animam suam in redemptionem pro multis/ Et veniunt ie
richo/ et proficiscente eo de iericho et discipulis eius/ et plurima multitudine

filius thimei barthimeus cecus sedebat iuxta viam mendicans
Qui cum audisset quia ihesus nazarenus est cepit clamare et dicere fili
david ihesu miserere mei / Et comminabantur illi multi ut taceret / At
ille multo magis clamabat / fili david miserere mei / Et stans
ihesus precepit illum vocari / Et vocant cecum dicentes ei Animequior
esto Surge vocat te / Qui proiecto vestimento suo exiliens venit
ad eum / Et respondens ihesus dixit illi Quid vis tibi faciam Cecus
autem dixit ei Raboni ut videam / Ihesus autem dixit illi Vade fides
tua te salvum fecit / Et confestim vidit et sequebatur eum in via

ET cum appropinquarent ierusalem et bethanie ad montem XI c
oliuarum / mittit duos ex discipulis suis et ait illis Ite in castel
lum quod est contra vos et statim introeuntes illuc invenietis pullum
asine ligatum / super quem nemo adhuc hominum sedit / solvite
et adducite illum michi / Et si quis vobis dixerit quid facitis dicite
quia dominus necessarium est / et continuo dimittet illum huc / et abeuntes
invenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in bivio et solvunt

eum / Et quidam de illic stantibus dicebant illis / Quid facitis solue-
tes pullum / Et [cum] dixerunt [eis] sicut preceperat illis ihesus / Et dimise-
runt illos / Et duxerunt pullum ad ihesum / Et imponentes illi [fuerunt] ve-
stimenta sua [et] sedit super eum / Multi autem vestimenta sua strauerunt in 9
via Alij autem frondes cedebant de arboribus et sternebant in via
et qui preibant et qui sequebantur / clamabant dicentes / Osanna benedictus
qui venit in nomine domini benedictum quod venit regnum patris nostri
Dauid osanna in excelsis / Et introiuit ierosolimam in templum et
circumspectis omnibus cum iam vespera esset hora exiuit in bethaniam
cum xij / Et alia die cum exirent a bethania esuriit Cumque vidisset a longe
ficum habentem folia venit si quid forte inueniret in ea / et cum veni-
sset ad eam nichil inuenit preter folia Non enim erat tempus ficorum
Et respondens dixit ei [illegible] Iam non amplius in eternum fructum ex te quisquam
manducet / Et audiebant discipuli eius et veniunt ierosolimam
Et cum introisset in templum cepit eicere vendentes et ementes in templo et
mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas euertit / 29

Et no sinebat ut quisqz transferret vas p templu Et docebat
eos dicens Nonne scriptu est domus mea domus orationis vocabit
oib gentibus Vos aute fecistis eam speluncam latronu Quo au
dito principes sacerdotu et scribe querebat quo eum pderent
Timebat enim eum quoniam universa turba admirabat super
doctrina eius Et cu vespa facta eet egrediebat de civitate
Et cu mane transirent viderunt ficu aridam factam a radicibus Et
recordatus petrus dixit ei Rabi ecce ficus cui maledixisti a
ruit Et respondens ihus ait eis Habetis fide dei Amen dico
vobis qz quicuqz dixerit huic monti tollere et mitte i mare
mare Et no hesitaverit in corde suo sz crediderit qd quicuqz dixerit
fiat fiet ei Propterea dico vobis omnia quecuqz orantes petitis
credite qz accipietis et evenient vobis Et cu stabitis ad orandum
dimittite si quid habetis adversus aliquem ut et pater vester qui
celis est dimittat vobis peccata vestra Quod si vos no dimi
seritis nec pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vestra

cus

Et venirunt rursus in ierusalem Et cum ambularet in templo accedunt
ad eum summi sacerdotes et scribe et seniores Et dicunt illi In qua
potestate hec facis Et quis tibi dedit hanc potestatem ut ista facias
Ihesus autem respondens ait illis Interrogabo et ego vos unum verbum
et respondete michi et dicam vobis in qua potestate hec faciam Baptismus
Iohannis de celo erat an ex hominibus Respondete michi At illi cogita
bant secum dicentes Si dixerimus de celo dicet nobis Quare ergo non credi
distis ei Si dixerimus ex hominibus timemus populum Omnes enim habebant
Iohannem quia vere propheta esset Et respondentes dicunt ihesu nescimus
R Et respondens ihesus ait illis Neque ego dico vobis in xii c
Capitulum xii
qua potestate hec faciam Et cepit illis in parabolis loqui Vineam pastinavit
homo et circumdedit sepem et fodit lacum et edificavit turrim et locavit
eam agricolis et peregre profectus est Et misit ad agricolas in tempore
servum ut ab agricolis acciperet de fructu vinee Qui apprehensum
eum ceciderunt et dimiserunt eum vacuum Et iterum misit ad
illos alium servum Et illum in capite vulneraverunt et contumeliis affecerunt

et rursum alium misit et illum occiderunt / Et plures alios quosdam
cedentes alios uero occidentes / Adhuc ergo unum habens filium carissimum
et illum misit ad eos nouissimum dicens: Quia forte uerebuntur
filium meum Coloni autem dixerunt ad inuicem: Hic est heres · uenite
occidamus eum · et nostra erit hereditas / Et apprehendentes eum occiderunt
et eiecerunt eum extra vineam / Quid ergo faciet dominus vinee ueniet
et perdet colonos et dabit vineam aliis. Nec scripturam hanc legistis
lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli
A domino factum est istud / Et est mirabile in oculis nostris / Et que-
rebant eum tenere / et timuerunt turbam. Cognouerunt enim quia ad
eos parabolam hanc dixerit / Et relicto eo abierunt / Et mittunt ad
eum quosdam ex phariseis et herodianis ut eum caperent in verbo. Qui ue-
nientes dicunt ei Magister scimus quia verax es / et non curas quemquam. Nec
enim vides in faciem hominum · sed in veritate viam dei doces · Licet
dari tributum cezari an non dabimus? Qui sciens versutiam eorum ait illis
Quid me temptatis? afferte mihi denarium ut videam. At illi attulerunt

cus

Et ait illis Cuius est ymago hec et superscriptio / dicunt ei cezaris
Respondens autem ihesus ait illis Reddite ergo que sunt cezaris cezari et
que sunt dei deo / Et mirabantur super eo / Et venerunt ad eum saducei
qui dicunt resurrectionem mortuorum non esse Et interrogabant eum dicentes magister
moyses nobis scripsit / vt si cuius frater mortuus fuerit et dimi-
serit vxorem et filios non reliquerit accipiat frater eius vxorem
ipsius et resuscitet semen fratri suo Septem ergo fratres erant / et
primus accepit vxorem et mortuus est / non relicto semine Et
secundus accepit eam et mortuus est Et nec iste reliquit semen /
Et tercius similiter / Et acceperunt eam similiter septem / et non reliquerunt
semen Nouissima omnium defuncta est et mulier / In resurreccione ergo cum
resurrexerint Cuius de his erit vxor Septem enim habuerunt eam
vxorem Et respondens ihesus ait illis / Nonne ideo erratis non scientes scrip-
turas neque virtutem dei Cum enim a mortuis resurrexerint / neque nubent
neque nubentur / sed sunt sicut angeli dei in celis / De mortuis autem
quod resurgant non legistis in libro moysi super rubum quomodo dixit

illi deus inquiens Ego sum deus abraham et deus ysaac / et deus
Jacob Non est deus mortuorum sed vivorum / Vos ergo multum erratis
Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquirentes / Et videns
quoniam illis bene respondit interrogavit eum quod esset primum omnium man-
datum / Ihesus autem respondit ei / Quia omnium primum mandatum est audi israel dominus
deus tuus deus unus est / Et diliges dominum deum tuum / ex toto corde
tuo / et ex tota anima tua / et ex tota virtute mente tua · et ex tota mente
tua · Hoc est primum mandatum / Secundum autem simile est illi diliges pro-
ximum tuum sicut teipsum Maius horum aliud mandatum non est / Et ait
illi scriba Bene magister et in veritate dixisti · quia unus est deus · et
non est alius preter eum / Et ut diligatur ex toto corde · et ex
toto intellectu · et ex tota anima · et ex tota fortitudine · et diligere
proximum tanquam seipsum maius est omnibus holocaustomatibus
et sacrificiis / Videns autem ihesus quod sapienter quod sapienter respondisset ait
illi · Non es longe a regno dei · Et nemo iam audebat eum
interrogare · Et respondens ihesus dicebat docens in templo / Quomodo dicunt

ius

sibe xpm filiu ee dauid. Ipe em dd dicit in spu sco. Dixit

dns dno meo sede a dextris meis, donec ponaz inimicos tuos

scabellu pedu tuoz. Ipe ergo dauid dr eu dnm. et vn e filius eius

Et mlta turba eu libent audiebat et dicebat eis i doctina

sua. Cauete a scribis q volut in stolis ambulare et salutari

in foro. et in pmis cathedris sedere in synagogis. et pmos

recubitus
discubitus in cenis. Qui devorat domos viduaz sub obtetu

plixe oronis. Hij accipiet plixius iudiciu. Et sedens ihus contra
gazophilaciu aspiciebat quo turba iactaret es i gazophi

laciu Et mlti diuites iactabat mlta. Cu aute venisst vna

vidua paup misit duo minuta qd est quadrans. Et co

cans discipulos suos ait illis Amen dico vobis qm vidua hec pau

p plus omnibz misit qui miserut i gazophilaciu. Omnes em

ex eo qd habundabat illis miserut. Hec vero de penuria sua

Et cu xiij cam

E. oia que hr misit totu victum suu

egrederet de templo ait illi vnus ex discipulis suis Magr aspice

qualis lapides et quales structure / Et respondens ait illi Vides has
omnes magnas edificationes Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur
Et cum sederet in monte olivarum contra templum interrogabat eum
separatim petrus et iacobus et iohannes et andreas / Dic nobis quando
ista fiant / Et quod signum erit quando hec omnia incipient consumari / Et re-
spondens ihesus cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat / Multi enim
venient in nomine meo dicentes / quia ego sum christus / et multos seducent
Cum autem audieritis bella et opiniones bellorum ne timueritis Oportet
enim hec fieri / sed nondum statim finis / Exurget enim gens contra
gentem / et regnum super regnum / Et erunt terre motus per loca. et fa-
mes / initium dolorum hec Videte autem vos metipsos / Tradent
enim vos in conciliis et in synagogis vapulabitis Et ante reges
et presides stabitis propter me in testimonium illis / Et in omnes gen-
tes primum oportet predicari evangelium Et cum duxerint vos tradentes
nolite precogitare quid loquamini / sed quod datum fuerit vobis in illa
hora / id loquimini Non enim estis vos loquentes sed spiritus sanctus Tradet

ius

em frater fratrem in mortem/ et pater filium/ Et consurgent filii
in parentes et morte afficient eos Et eritis odio omnibus propter nomen
meum Qui autem sustinuerit in finem hic salvus erit Cum autem
videritis abhominacionem desolacionis que dicta est in dani=
ele propheta stantem ubi non debet qui legit intelligat/ Tunc qui
in iudea sunt fugiant ad montes Et qui supra tectum ne descendat
in domum nec introeat ut tollat quid de domo sua/ Et qui in
agro erit non revertatur retro tollere vestimentum suum Ve autem
pregnantibus et nutrientibus in illis diebus Orate vero ut hyeme non
fiat/ Erunt enim dies illi tribulacionis tales quales non fuerunt/ ab inicio
creature quam condidit deus usque nunc neque fient/ Et nisi breviati fuissent
: non fuisset salva omnis caro · Sed propter electos quos elegit breviavit dies
dominus dies/ Et tunc si quis vobis dixerit/ Ecce hic est xpistus · ecce
illic/ ne credideritis Exurgent enim pseudo xpisti/ et pseudo prophete
et dabunt signa et prodigia et portenta/ ad seducendos si fieri potest etiam electos
Vos ergo videte · ecce predixi vobis omnia Sed in illis diebus
post tribulacionem illam sol contenebrabitur/ Et luna non dabit splendorem

splendorem suum · et stelle celi erunt decidentes · et virtutes que sunt
in celis mouebuntur/ Et tunc videbunt filium hominis venientem
in nubibus celi cum virtute multa et gloria/ Et tunc mittet angelos
suos et congregabit electos suos a quatuor ventis a summo terre
usque ad summum celi/ A ficu autem discite parabolam/ Cum iam ramus
eius tener fuerit et nata fuerint folia cognoscitis quia in proximo
sit estas Sic et vos cum videritis hec fieri/ scitote quod in proximo
sit in hostiis Amen dico vobis quia non transibit generacio hec donec
omnia ista fiant Celum et terra transibunt verba autem mea non preteribunt
De die autem illo uel hora nemo scit/ neque angeli in celo neque
filius nisi pater Videte vigilate et orate/ nescitis enim quando tempus
est Sicut homo qui peregre profectus est reliquit domum suam
Et dedit servis suis potestatem cuiusque operis/ et ianitori precepit ut
vigilet Vigilate ergo nescitis enim quando dominus domus veniat/ sero
an media nocte an galli cantu an mane/ Ne cum venerit
repente inveniat vos dormientes Quod autem vobis dico omnibus

aus

Erat autē pascha et xiiii capituli dico vigilate azima post biduū. et q̄rebat sūmi sac̄dotes et scribe quo
mō eum dolo tenerēt et occiderēt / Dicebat autē. nō in die festo
ne forte tumult⁹ fieret in p̄plo / Et cū eēt ihus bethanie in do:
mo symonis leprosi et recūberet / venit mulier habens alabastr̄ /
vngenti nardi spicati p̄ciosi pistici / Et fracto alabastro effu-
dit sup caput eius Erant[at] quidā indigne ferentes int̄ semet:
ipos et dicētes vt[quid] p̄dicio ista vngenti facta est / Poterat enī
vnguentū istud venūdari plus q̄ trecentis denarijs et dari paupi:
bus Et fremebant in eam / Ihus autē dixit Sinite eam quid
illi molesti estis Bonū opus operata est in me Semp enī
paupes h[ab]etis vobiscū Et cū volueritis p̄testis illis benefacere /
me autē non semp h[ab]ebitis Quod h[ab]uit hec fecit / p̄uenit vngere
corpus meū in sepulturā Amē dico vobis vbicūq̄ p̄dicatū
fuerit ewangeliū istud in vniuso mundo / et q[uo]d fecit hec narrabit[ur]
in memoriā eius / Et iudas scarioth vnus [de] ex duodecī abijt ad

ad summos sacerdotes ut proderet eum illis. Qui audientes gavisi
sunt / Et promiserunt ei pecuniam se daturos / Et querebat quomodo illum
oportune traderet / Et primo die azimorum quando pascha immolabant
dicunt ei discipuli / Quo vis eamus et paremus tibi ut manduces
pascha / Et mittit duos ex discipulis suis et ait eis / Ite in civitatem
et occurret vobis homo lagenam aque baiulans sequimini eum /
Et quocumque introierit dicite domino domus quia magister dicit / Ubi est
refectio mea. ubi pascha cum discipulis meis manducem / Et ipse
vobis demonstrabit cenaculum grande stratum et illic parate nobis
Et abierunt discipuli eius et venerunt in civitatem / et invenerunt
sicut dixerat illis / Et paraverunt pascha. Vespere autem facto venit
cum xii. et discumbentibus illis et manducantibus ait Ihesus / Amen
dico vobis / quia unus ex vobis me tradet qui manducat mecum
At illi ceperunt contristari et dicere ei singillatim. Numquid ego.
Qui ait illis / Unus ex xii. qui intingit mecum manum in catino
Et filius hominis quidem vadit / sicut scriptum est de eo / Ve autem homini

illi p que filius hominis tradet. Bonu erat ei si non fuisset nat9
homo ille Et manducantibus illis accepit ihus panez et bene-
dicens fregit et dedit eis et ait/ Sumite hoc. hoc est corpus meu
Et accepto calice gras agens dedit eis et biberunt ex illo oes
Et ait illis. Hic est sanguis meus novi testamenti. q pmltis
effundet. Amen dico vobis q iam non bibam de genimine
uitis usqz in diem illud cu illud bibam uobiscu novum in regno
dei Et ympno dicto exierunt in montem olivarum Et ait illis
ihus/ Omnes vos scandalisabimini in me in nocte ista/ qz scriptu est/ p
cutiam pastore et dispgent oves gregis/ Sed postqz surrexero p
cedam vos in galileam/ petrus aute ait ei/ Et si omnes scandalizati
fuerint in te. sed ego non/ Et ait illi ihus/ Amen dico tibi qz
tu hodie in nocte hac/ priusqz gallus bis voce dederit/ ter me
es negaturus At ille amplius loqbatur/ Et si oportuit me simul
comori tibi non te negabo Sili aute et omnes dicebant/ Et veniunt
in pdiu cui nomen gethsemani/ et ait discipulis suis/ Sedete

hic donec orem. Et assumpsit petrum et Iacobum et Iohannem secum

et cepit pavere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea usque

ad mortem. sustinete hic et vigilate. Et cum processisset paululum

procidit super terram et orabat, ut si fieri posset transiret ab eo hora

Et dixit Abba pater omnia tibi possibilia sunt transfer calicem

hunc a me Sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit et invenit

eos dormientes Et ait petro Simon dormis non potuisti una

hora vigilare mecum. vigilate et orate ut non intretis in temp

tationem Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Et iterum

abiens orabit eundem sermonem dicens. Et reversus est denuo et invenit eos

dormientes. Erant enim oculi eorum gravati. Et ignorabant quid

responderent ei. Et venit tercio et ait illis. Dormite iam et re

quiescite sufficit. Venit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus

peccatorum Surgite eamus. Ecce qui me tradet prope est. Et adhuc

eo loquente venit Iudas scarioth unus ex duodecim. Et cum illo

turba multa cum gladiis et lignis missi a summis sacerdotibus

aus

et a scribis et a senioribus / Dederat autem traditor (eius) signum eis dicens
Quemcumque osculatus fuero ipse (est) tenete eum et ducite caute / Et cum
venisset statim accedens ad eum ait / Rabi. Et osculatus est eum
At illi manus miecerunt in eum et tenuerunt eum / Unus autem quidam
ac de circumstantibus educens gladium percussit servum summi sacerdotis
Et amputavit illi auriculam eius / Et respondens ihesus ait illis Tamquam
ad latronem existis cum gladiis et fustibus (lignis) comprehendere me / Cotidie (cum)
eram apud vos in templo docens / et non me tenuistis Sed ut (ad)im-
pleantur scripture / Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt
Adolescens autem quidam sequebatur eum / Amictus syndone super nudo
et tenuerunt eum At ille relicta syndone nudus profugit ab
ab eis Et adduxerunt ihesum ad summum sacerdotem / Et convenerunt
omnes sacerdotes et scribe et seniores / Petrus autem a longe secutus est
eum usque (intro) in atrium summi sacerdotis / Et sedebat cum ministris / et ca-
lefaciebat se ad ignem Summi vero sacerdotes et omne concilium
querebat adversum ihesum testimonium ut eum morti traderent.

nec inveniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant adversus
eum. Et convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum
testimonium ferebant adversus eum dicentes. Quoniam nos audivimus eum dicentem. Ego dissol
vam templum hoc manu factum. et per triduum aliud non manu factum edifi
cabo. Et non erat conveniens testimonium illorum. Et exurgens summus
sacerdos in medium interrogavit ihesum dicens Non respondes quicquam
ad ea que tibi obiciuntur ab hiis. Ille autem tacebat. et nichil respondit
Rursum summus sacerdos interrogabat eum et dixit ei Tu es xpc
filius dei benedicti. Ihesus autem dixit ei. Ego sum Et videbitis
filium hominis a dextris sedentem virtutis dei. et venientem cum nubibus
celi. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait. Quid ad
huc desideramus testes Audistis blasfemiam. Quid vobis videtur. Qui
omnes condempnaverunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam
conspuere eum et velare faciem eius. et colaphis eum cedere
et dicere ei. Prophetiza. quis est qui te percussit. Et ministri eum alapis ce
debant Et cum esset petrus in atrio deorsum venit una ex ancillis

summi sacerdotis Et cum vidisset petrum calefacientem se aspiciens
illum ait / Et tu cum ihesu nazareno eras / at ille negavit dicens
Neque scio neque novi quid dicas . et exiit foras ante atrium . et
gallus cantavit / Rursus autem cum vidisset illum alia ancilla cepit
dicere circumstantibus quia hic ex illis est / At ille iterum negavit / Et post
pusillum rursus qui astabant dicebant petro Vere ex illis es tu
Nam et galileus es Ille autem cepit anathematizare et iurare
quia nescio hominem istum quem dicitis / Et statim iterum gallus cantavit
Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei ihesus priusquam gallus cantet bis ter
me negabis et cepit flere etc / . xv . quintum capitulum
Et confestim mane facto consilium facientes summi sacerdotes
cum senioribus et scribis et universo concilio . vincientes ihesum duxe
runt et tradiderunt pilato / Et interrogavit eum pilatus / tu es rex
iudeorum / At ille respondens ait illi / Tu dicis / Et accusabant eum summi
sacerdotes in multis / Pilatus autem rursum interrogavit eum dicens
Non respondes quicquam / vide in quantis te accusant / Ihesus autem amplius

nichil respondit ita ut miraretur pilatus Per diem autem festum dimit-
tere solebat illis vnum ex vinctis quemcumque pecijssent / Erat
autem qui vocabatur barabas / qui cum sediciosis erat vinctus qui
in seditione fecerat homicidium Et cum ascendisset turba cepit ro-
gare / sicut semper faciebat illis / pylatus autem respondit eis et
dixit / vultis dimittam vobis regem iudeorum Sciebat enim quod
per invidiam summi sacerdotes tradidissent eum / pontifices
autem concitauerunt turbam vt magis barabam dimitteret eis
pilatus autem iterum respondit eis et ait / Quid ergo vultis faciam re-
gi iudeorum / At illi iterum clamauerunt crucifige eum / pilatus dicebat
eis Quid enim mali fecit / At illi magis clamabant crucifige
eum / pylatus autem volens satisfacere populo / dimisit illis
barabam et tradidit illis ihesum flagellis cesum ut crucifigeretur
Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorij et conuocant totam
cohortem et induunt eum purpura et imponunt ei plectentes
spineam coronam / et ceperunt salutare eum Aue rex iudeorum

tus

et percutiebat cap^t eius arundie/ et conspuebat eu/ Et po:
nentes genua adorabat eu/ Et postq illuserunt ei/ exuert
eu purpura et induerunt eu vestiment suis Et educunt illu
ut crucifigeret eum et angariauerunt pretereuntem quepiam
symone cyreneu venientem de villa patrem allexandri et ruffi
ut crucem eius tolleret/ Et perducunt illum in golgotha locum
quod est interpretatu caluarie locus/ Et dabant ei bibere mirratum
vinum et non accepit/ Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta
eius mittentes sortem super eis quis quid tolleret/ Erat autem hora
tercia et crucifixerunt eum/ Et erat tytulus cause eius inscriptus rex
iudeorum/ Et cum eo crucifixerunt duos latrones vnum a dextris et
aliu a sinistris eius/ Et adimpleta est scriptura que dicit/ Et
cum iniquis reputatus est/ Et pretereuntes blasfemabant eum mouentes
capita sua et dicentes/ vach qui destruis templum dei et in tribus
diebus reedificas Saluum fac temetipsum descendens de cruce Similiter
et summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant/ Alios saluos

fecit/ seipsum saluum facere non potest/ Christus rex israel descendat de
cruce nunc ut videamus et credamus/ Et qui cum eo crucifixi erant conuicia=
bantur ei/ Et facta hora sexta tenebre facte sunt super uniuersam terram
usque ad horam nonam/ et hora nona exclamauit ihesus voce ma-
dicens hely hely lamazabathani/ quod est interpretatum deus meus
deus meus ut quid dereliquisti me/ Et quidam de circumstantibus audien-
tes dicebant/ Ecce heliam vocat/ Currens autem unus et im-
plens spongiam aceto circumponensque calamo potum dabat
ei dicens/ Sinite videamus si veniat helias ad deponendum
eum/ Ihesus autem emissa voce magna expirauit/ Et velum
templi scissum est in duo a summo usque deorsum/ Videns autem
centurio qui ex aduerso stabat quia sic clamans expi-
rasset ait/ Vere hic homo filius dei erat/ Erant autem ibi et mu-
lieres de longe aspicientes inter quas erat maria magdalene
et maria iacobi minoris et ioseph mater et salome/ Et
cum esset in galilea sequebantur eum et ministrabant ei/ et alie mul-

aus

que simul cu eo ascenderat ierolimaz / Et cu iam sero eet fcm
qz erat pasceue quod est ante sabbatu uenit ioseph ab ari-
mathia nobilis decurio· qui et ipe erat expectās regnu dei
Et audacter introiuit ad pilatu et petiyt corpus ihu / pilatus
aute mirabat' si iam obiysset / Et accersito centurione interrogauit
eum si iam mortuus eet Et cu cognouiss3 a centurione donauit
corpus eius ioseph· Joseph aute mercat' syndone / et depones
eum inuoluit in sindone· et posuit eu in monum° qd erat
excisum in petra Et aduoluit hostiu lapide ad hostiu mo
mti Maria aute magdalene et maria ioseph aspiciebant.
Et cum trsiss3 sabbatu xvi. c Ubi poneretur Loco iacet
maria magdalene et maria iacobi et salomee· abeuntes eme
runt aromata ut venientes vngerent ihm / Et valde mane
vna sabbatoz veniunt ad monumtu orto iam sole / Et dice-
bant ad inuice Quis reuoluet nobis lapide ab hostio monumti
Et respicientes uiderunt lapide reuolutu Erat quippe magnus

valde / Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem
in dextris coopertum stola candida et obstupuerunt / Qui dicit illis
Nolite expauescere ihesum queritis nazarenum crucifixum · surrexit
non est hic Ecce locus vbi posuerunt eum Sed ite dicite discipulis
eius et petro / quia precedit vos in galileam ibi eum videbitis sicut
dixit vobis / At ille exeuntes fugerunt de monumento · inuaserat
enim tremor eas et pauor et nemini quicquam dixerunt timuerunt [timebant]
enim Surgens autem ihesus mane prima sabbati · apparuit primo
marie magdalene de qua eiecerat septem demonia Illa va-
dens nunciauit hiis qui cum eo fuerant lugentibus et flentibus
Et illi audientes quia viueret et visus esset ab ea non crediderunt
ei / post hec autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est
in alia effigie euntibus in villam / Et illi euntes nunciauerunt ceteris
nec illis crediderunt Nouissime [autem] recumbentibus illis vndecim apparuit
[dixit ihesus] et exprobrauit incredulitatem illorum et duriciam cordis / quia hiis qui
viderant eum resurrexisse non crediderunt / Et dixit eis Euntes

In die Ascensionis

in mundum universum predicate evangelium omni creature. Qui crediderit
et baptisatus fuerit salvus erit. Qui vero non crediderit condempna
bitur. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo
demonia eiicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent
Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros
manus imponent et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam lo
cutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei
Illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem
Explicit marcus ewangelista. In
cipit prologus super lucam | confirmante sequentibus signis.
Lucas syrus natione antiochensis arte me
dicus discipulus apostolorum postea paulum secutus
usque ad consummationem eius serviens domino sine
crimine. Nam neque uxorem umquam habens neque
filios septuaginta quatuor annorum obiit in bitinia
plenus spiritu sancto. Qui cum iam essent scripta
evangelia per matheum quidem in iudea, per marcum autem in italia
sancto instigante spiritu in achaie partibus hoc scripsit evangelium,
significans etiam ipse in principio ante hoc alia esse descripta. Cui
extra ea que ordo evangelice dispositionis exposcit ea ma
xime necessitas laboris fuit ut primum grecis fidelibus omni
prophetatione venturi in carnem christi dei manifesta humani
tatis ne iudaicis fabulis attenti in solo legis desiderio tenerentur
vel ne hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti

excluderent, a ciuitate elaboraret, defuit ut in principio euangelii
Johannis natiuitate presumpta cui euangelium scriberet et in quo
electus scriberet indicaret. Contestans in se esse completa esse
que ab aliis essent inchoata. Cui ideo post baptismum filii dei
a perfectione generationis in christo implete et repetende a
principio natiuitatis humane potestas permissa est ut requirentibus de-
monstraret in quo apprehendens erat per nathan filium dauid introitu
recurrentis in deum generationis admisso indisparabilis
dei ut predicans hominibus christum suum opus perfecti hominis redire
in se per filium faceret qui per dauid patrem venientibus iter prebuit
debebat
in christo. Cui luce non immerito etiam scribendorum actuum apostolorum potestas
in ministerio datur ut deo in deum pleno et filio perditionis extinc-
to oratione ab apostolis facta sorte domini electionis numerus
compleretur. Sicque paulus consummationem apostolicis actibus daret quem
diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegisset. Quod et legen-
tibus ac requirentibus deum. Et si per singula expediri a nobis
utile fuerat, sciens tamen quod operantem agricolam oportet primum
de fructibus suis edere, uitauimus publicam curiositatem ne non
tam volentibus deum demonstrare videremur quam fastidientibus pro-
non est de textu
desse. lectorem obsecro studiose paginas recensente huius libri
ea que in capite continet ea que stili preuenit designata uesti-
gio sunt. Non meo iudicat euangelium sed peto mee ignoscere
ignorantie. et quod obstinatus legentis ampliata virtus excitat ad
puram dociles mentis mee fauoribus meisque meorum benignus

Incipit argumentum beati Jeronimi in euangelium luce euangeliste

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare nar-
rationes que in nobis complete sunt rerum sicut
tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt et mi-
nistri fuerunt sermonis, visum est et michi assecuto a
tibi scribere
principio omnia diligenter ex ordine optime theo-
phile ut cognoscas eorum verborum de quibus eruditus
es veritatem. Sequitur capitulum primum.

Incipit argumentum beati Jeronimi in euangelium luce euangeliste

Luce



Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine
zacharias de vice abia. Et uxor illius de filiabus
aaron. et nomen eius elizabeth Erant autem iusti
ambo ante deum. incedentes in omnibus mandatis et iustifica
tionibus domini sine querela / et non erat illis filius eo quod esset ely
zabeth sterilis et ambo processissent in diebus suis / factum est
autem cum sacerdotio fungeretur zacharias sue vicis in ordine an
te deum secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret / in
gressus in templum domini / Et omnis multitudo populi erat orans foris
hora incensi / Apparuit autem illi angelus domini stans a dextris altaris
incensi / Et zacharias turbatus est videns Et timor irruit super eum
Ait autem ad illum angelus Ne timeas zacharia / quoniam exaudita est
deprecatio tua. Et uxor tua elizabeth pariet tibi filium / Et vocabis
nomen eius Iohannem / Et erit gaudium tibi et exultatio / et multi
in nativitate eius gaudebunt / Erit enim magnus coram domino /
et vinum et siceram non bibet / et spiritu sancto replebitur adhuc ex

Siceram .i. [illegible]

utero matris sue / et multos filiorum israel convertet ad dominum deum ipsorum /
Et ipse precedet ante illum in spiritu et virtute helie ut convertat corda pa
trum in filios / Et incredibiles ad prudentiam iustorum / parare domino
plebem perfectam / Et dixit zacharias ad angelum · Unde hoc sciam · Ego
enim sum senex · et uxor mea processit in diebus suis / Et respondens
angelus dixit ei / Ego sum gabriel qui asto ante deum / Et missus
sum loqui ad te · et hec tibi evangelizare / Et ecce eris tacens et non poteris
loqui usque in diem illum quo hec fiant / pro eo quod non credidisti verbis meis / que
implebuntur in tempore suo / Et erat plebs expectans zachariam / et mirabantur
quod tardaret ipse in templo / Egressus autem non poterat loqui ad illos / et
cognoverunt quod visionem vidisset in templo / Et ipse erat innuens illis / Et
permansit mutus / Et factum est / ut impleti sunt dies officii eius / abiit
in domum suam / post hos autem dies concepit helisabeth uxor
eius / et occultabat se mensibus quinque dicens / quia sic fecit mihi dominus in
diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines / In mense
autem sexto missus est angelus gabriel a deo in civitatem galilee cui nomen

nazareth ad virgine desponsata viro cui nome erat ioseph de
domo dd et nome virginis maria / Et ingressus angelus ad
eã dixit / Aue grã plẽ dñs tecũ · bnedicta tu in mulieribȝ · que
cũ audisset turbata est in smõe eius / Et cogitabat qlis esset ista
salutatio / Et ait angelus ei · Ne timeas maria invenisti em gratia
apd dnm / Ecce cõcipies in utero et paries filiũ et vocabis nom
eius ihm / Hic erit magnus · et filius altissimi vocabit / Et
dabit illi dns deus sedem dd pris eius · et regnabit i domo
Jacob in etnũ / et regni eius nõ erit finis / Dixit autẽ maria
ad angelũ / quõ fiet istd qm virũ nõ cognosco / Et rñdes angls
dixit ei Spus scus supveniet in te · et virtus altissimi ob
umbrabit tibi / Ideo qz et qd nascet ex te scm · vocabit filius
dei / Et ecce elyzabeth cognata tua / Et ipa concepit filiũ in
senectute sua / Et hic mensis est sextus illi q vocat sterilis / qz
nõ erit impossibile apd deũ omne verbum / Dixit aut maria
ecce ancilla dni fiat m sdm vbm tuũ / Et discessit angls ab illa

Exurgens aut maria indiebo illis abijt in montana cu festinacoe
i ciuitate iude / Et intrauit i domu zacharie et salutauit eliza
beth. Et fcm est ut audiuit salutatioz marie elizabeth / Ex:
ultauit infas in utero eius / Et repleta e spu sco elizabeth
Et exclamauit voce mag et dixit / Bndcta tu int mlieres / Et be
nedictus fructus ventris tui. Et vn h m michi ut veiat mat dom mi
ad me / Ecce em ut facta e vox salutatois tue i aurib' meis
Exultauit i gaudio infas i utero meo / Et bta q credidisti / qm p
ficient inte ea q dicta st tibi a domino / Et ait maria Mag:
nificat aia mea dnm. et exultauit spus meus in deo salutari
meo / Qa respexit humilitatez ancille sue ecce em ex hoc btaz me
dicent omes gnatones / Qa fecit mi mag q potens e et scm nom
eius / Et mia eius a pgenie in progenies timentibus eu. / Fecit po
tenciaz in brachio suo dispsit supbos mete cordis sui / Deposuit
potentes de sede et exaltauit humiles / Esurientes impleuit bonis et
diuites dimisit inanes / Suscepit isrl puerz suu recordatus

Luce

misericordie sue Sicud locutus est ad patres nostros abraham et semini
eius in secula / Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus et re:
versa est in domum suam / Elyzabeth autem impletum est tempus pariendi / et
peperit filium / Et audierunt vicini et cognati eius / quia magnificavit
dominus misericordiam suam cum illa / et congratulabantur ei / Et factum est in die
octavo venerunt circumcidere puerum / Et vocabant eum nomine patris
sui zachariam / Et respondens mater eius dixit / nequaquam sed vocabitur
Johannes / Et dixerunt ad illam / quia nemo est in cognatione tua qui vocetur
hoc nomine / Innuebat autem patri eius quem vellet vocari eum
Et postulans pugillarem scripsit dicens / Johannes est nomen eius / Et
mirati sunt universi / Apertum est autem illico os zacharie eius et lingua
eius / et loquebatur benedicens deum / Et factus est timor super omnes vicinos
eorum / et super omnia montana iudee divulgabantur omnia verba hec / Et
posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes quid putas erit
puer iste / Etenim manus domini erat cum illo / Et zacharias pater
eius impletus est spiritu sancto et prophetavit dicens / Di Benedictus dominus deus

ysr'l qz visitat et fecit redeptoz plebis sue / Et erexit cornu
salutis nobis in domo dauid pueri sui / Sicut locutus e p os
scoz qui a sec'lo sunt p̄phetarz eius Salute ex inimicis nris
et de manu om̄m q oderunt nos / Ad faciedaz miaz cu̅ patribus
nris et memorari testamti sui sancti . Jusiurand q̄d iurauit
ad abrahaz pr̄em nostru̅ daturu̅ se nobis . Ut sine timore
de manu inimicoz nroz libati suuiam illi . In sc̄itate et iusticia
coram ipo oib⁹ dieb⁹ nris Et tu puer p̄pha altissimi vocabis
p̄ibis enim ante faciē dn̄i pare vias eius Ad dandaz sciam
salutis plebi eius in remissioē pccoz eorum / p viscera ~~dei~~ nune dei nri
in q̄b⁹ visitat nos oriēs ex alto Illuiare hijs q̄ in tenebr' et
in umbra mortis sedēt ad dirigendos pedes nros in viam
pacis / puer aūt crescebat et cōfortabat' spu̅ et erat in desertis
vsqz in diem ostensionis sue ad isr'ahel nr̄ Capitulu̅ scdm
Factu̅ est aūt in diebus illis . Exijt edictu̅ a cezare augusto vt de
scriberet' vniu̅sus orbis . hec descriptio p̄ma facta est a p̄side siri

cyrino Et ibat oms ut pfiteret' singuli in sua civitate / Ascedit
at et Joseph a galilea de civitate nazareth in iudea civitate
david que vocat' bethleem / Eo qd eet de domo et familia dad
ut pfitet' cu maria desponsata sibi uxore pgnate / Factu est
aute cu eent ibi impleti st' dies marie ut paret / Et pepit
filiu suu pmogenitu et pannis eum involuit et reclinav' eum
i psepio / qz no erat ei locus in dūsorio / Et pastores erat in re
gione eadz vigilates et custodietes vigilias noctis sr' grege
suu / Et ecce angls dni stetit iuxta illos / et claritas dei circu
fulsit illos / et timuerut timore magno / Et dixit illis angls
Et dixit illis angelus nolite time Ecce enim eu 30 vobis gaudiu magnu qd erit omni
pplo / qz natq est nobis hodie salvator q est xpus dns i civit^te
dad / Et h^c vobis signu / invenietis infatez pannis involutu
et positu in presepio / qz no erat ei locus in dūsorio / Et subito
fca est cu angelo multitudo militie celest' lauda^nt deum
et dicetiu / Gla in altissis deo Et in tra pax hoibq bone voluntatis

Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in celum. Pastores erant
loquentes ad invicem. Transeamus usque bethlehem. et videamus hoc verbum
quod factum est. quod dominus fecit et ostendit nobis. Et venerunt festinantes. et
invenerunt mariam et Joseph et infantem positum in presepio. Vi
dentes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.
Et omnes qui audierunt mirati sunt. et de hiis que dicta erant a pastoribus
ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hec conferens in corde
suo. Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus
que audierant et viderant sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt
dies octo ut circumcideretur puer. vocatum est nomen eius ihesus. quod
vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam imple
ti sunt dies purgationis marie secundum legem moysi tulerunt illum
in ierusalem. ut sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini.
Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur. Et
ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini. par turturum
aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in ierusalem cui no

re

symeon et homo iste dives iustus et timoratus expectans consola-
tionem israel/ Et spiritus sanctus erat in eo/ Et responsum acceperat a spiritu
sancto non visurum se mortem nisi prius videret xpm dni/ Et
venit in spiritu in templum/ et cum inducerent puerum ihm in templum
parentes eius ut facerent secundum legis consuetudinem pro eo/ Et ipse accepit
eum in ulnas suas et benedixit deum et dixit/ Nunc dimittis
servum tuum domine secundum verbum tuum in pace/ Quia viderunt oculi
mei salutare tuum/ Quod parasti ante faciem omnium populorum/ Lumen
ad revelationem gentium et gloriam plebis tue israel/ Et erat pater
eius et mater mirantes super hiis que dicebantur de illo/ Et be
nedixit illis symeon/ Et dixit ad mariam matrem eius Ecce po
situs hic est in ruinam/ et in resurrectionem multorum in israhel/
Et in signum cui contradicetur/ Et tuam ipsius animam gladius per
transibit ut revelentur ex multis cordibus cogitationes/ Et erat anna
prophetissa filia phanuel de tribu asser/ Hec processerat in diebus
multis/ Et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua/

Et hec uidua usque ad annos octoginta quatuor que non disce-
debat de templo ieiunijs et obsecracionibus seruiens die ac nocte
Et hec ipsa hora superueniens confitebatur domino et loquebatur de illo
omnibus qui expectabant redempcionem israel Et vt perfecerunt omnia secundum legem
domini reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam nazareth Puer autem
crescebat et confortabatur plenus sapiencia et gracia dei erat in
illo Et ibant parentes eius per omnes annos in ierusalem in die sollempni
in pasche Et cum factus esset ihesus annorum xij ascendentibus illis
ierosolimam secundum consuetudinem diei festi Consumatisque diebus cum redi-
rent remansit puer ihesus in ierusalem et non cognouerunt parentes
eius Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter diei et
querebant eum inter cognatos et notos Et non inuenientes
regressi sunt in ierusalem requirentes eum Et factum est post triduum in-
uenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem
illos et interrogantem eos Stupebant autem omnes qui eum audiebant
super prudencia et responsis eius Et videntes admirati sunt Et dix-

mater eius ad illum / fili quid fecisti nobis sic / Ecce pater tuus
et ego dolentes querebamus te / Et ait ad illos quid est quod me que-
rebatis / Nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt oportet me
esse / Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos / Et
descendit cum eis / Et venit nazareth / et erat subditus illis / Et mater
eius conservabat omnia verba hec conferens in corde suo / Et ihesus proficiebat
sapientia et etate et gratia apud deum et homines · Tercium capitulum

Anno autem quintodecimo imperii tiberij cezaris procurante poncio
pilato iudeam / Tetrarcha autem galilee herode / philippo autem
fratre eius tetrarcha iturce et traconitidis regionis Et lysania
abilene tetrarcha / sub principibus sacerdotum anna et caipha
factum est verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto / Et venit
in omnem regionem iordanis predicans baptismum penitencie in remissionem
peccatorum Sicut scriptum est in libro sermonum ysaie prophete / Vox clamantis
in deserto / parate viam domini rectas facite semitas eius / Omnis vallis
implebitur / et omnis mons et collis humiliabitur / Et erunt prava

in directa et aspera in vias planas et videbit omnis caro salutare
dei/ Dicebat ergo ad turbas/ que exibant ut baptizarentur ab ipso
Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere a ventura ira/ facite
ergo fructus dignos penitencie et ne ceperitis dicere patrem habemus ab:
raham Dico enim vobis quia potens est deus de lapidibus istis susci
tare filios abrahe/ Jam enim securis ad radicem arboris posita est
Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur
Et interrogabant eum turbe dicentes Quid ergo faciemus Respondens autem di
cebat illis/ Qui habet duas tunicas det non habenti/ et qui habet
escas simi faciat/ Venerunt autem et publicani ut baptizarentur ab eo/ et
dixerunt ad eum magister quid faciemus et nos At ille dixit ad eos/ Nichil am:
plius quam quod constitutum est vobis faciatis Interrogabant autem eum et mi
lites dicentes/ Quid faciemus et nos/ Et ait illis/ Neminem concuciatis neque
calumpniam faciatis/ Et contenti estote stipendiis vestris Existimante
autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne ne
forte ipse esset christus Respondit iohannes dicens omnibus/ Ego quidem aqua

Luce

baptiso vos/ veniet autem fortior me prime cuius non sum dignus sol-
uere corrigias calciamentorum eius/ Ipse vos baptisabit in spiritu
sancto et igni. Cuius ventilabrum in manu eius/ et purgabit aream
suam et congregabit triticum in horreum suum/ paleas autem combu-
ret igni inextinguibili/ Multa quidem et alia exortans evangeli-
zabat populo/ Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de hero-
diade uxore fratris sui et de omnibus malis que fecit herodes/ ad-
iecit et hoc super omnia et inclusit iohannem in carcerem/ Factum est autem
cum baptisaretur omnis populus et ihesu baptisato. et orante apertum est
celum et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum
et vox de celo facta est/ Tu es filius meus dilectus in te complacuit
michi/ Et ipse ihesus erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur
filius ioseph/ qui fuit heli/ qui fuit mathat/ qui fuit levi. qui fuit
melchi. qui fuit ianne/ qui fuit ioseph. qui fuit mathatie qui
fuit amos/ qui fuit naum. qui fuit heli. qui fuit nagge. qui fuit ma-
ath. qui fuit mathatie/ qui fuit semei. qui fuit ioseph. qui fuit ioda.

qui fuit iohanna q fuit resa. q fuit zorobabel q fuit sala
tiel. q fuit neri qui fuit melchi qui fuit maddi. q fuit co
sam. q fuit helmadan q fuit her q fuit ihesu. q fuit elie
zer q fuit iorim. qui fuit matha q fuit levi. q fuit syme
on. q fuit iuda. q fuit ioseph q fuit iona qui fuit eliachim
qui fuit melcha q fuit menna. q fuit mathatha. qui fuit
nathan q fuit david. q fuit iesse. q fuit obeth q fuit booz
q fuit salmon qui fuit naason q fuit aminadab q fuit aram
q fuit esrom. qui fuit phares. q fuit iude. q fuit iacob. qui
fuit ysaac. q fuit abraham. qui fuit thare q fuit nachor qui
fuit saruch q fuit ragau. q fuit phaleth q fuit eber q fuit
sale. q fuit cainan. q fuit arphaxat q fuit sem. q fuit noe
q fuit lamech q fuit mathusalem q fuit enoch. q fuit iareth
q fuit malaleel q fuit cainan q fuit enos q fuit seth qui
fuit adam q fuit dei
Ihesus autem plenus capitulum iiii
spiritu sancto regressus est a iordane et agebatur a spiritu in de

diebus xl^a et teptabat^r a dyabolo et nichil manducavit in illis
diebus / Et consumatis illis esuriit / Dixit autem illi dyabolus Si filius
dei es dic lapidi huic ut esset panis fiat / Et respondit ad illum ihesus /
Scriptum est quia non in solo pane vivit homo sed in omni verbo dei / Et duxit
illum dyabolus in montem excelsum / Et ostendit illi omnia regna
orbis terre in momento temporis / Et ait illi / Dabo tibi potestatem hanc
in universam terram et gloriam illorum quia michi tradita sunt et cui
volo do illa / Tu ergo si adoraveris coram me erunt tua omnia
Et respondens ihesus dixit illi Scriptum est dominum deum tuum adorabis
et illi soli servies / Et duxit illum in iherusalem / et statuit eum supra
pinnaculum templi et dixit illi Si filius dei es mitte te hinc
deorsum Scriptum est enim quod angelis suis mandabit de te ut conservent
te / Et quia in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum / Et respondens ihesus ait illi / dictum est Non temptabis dominum
deum tuum / Et consumata omni temptatione / dyabolus recessit ab illo usque
ad tempus / Et regressus est ihesus in virtute spiritus in galileam / et fama

exiit per universam regionem de illo et ipse docebat in synagogis
eorum et magnificabatur ab omnibus / Et venit nazareth ubi erat
nutritus / et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synago
gam / et surrexit legere · et traditus est illi liber prophete ysaie
Et ut revolvit librum invenit locum ubi scriptum erat Spiritus domini
super me propter quod unxit me evangelizare pauperibus misit me
captivis remissionem · et cecis visum · dimittere confractos in remissionem predicare
sanare contritos corde et predicare annum acceptum domini et diem
retributionis / Et cum plicuisset librum reddidit ministro et sedit / Et omnium
in synagoga oculi erant intendentes in eum / Cepit autem dicere
ad illos quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris / Et omnes
testimonium illi dabant / Et mirabantur in verbis gratie que procedebant
de ore illius Et dicebant · Nonne hic est filius ioseph / Et ait
illis / utique dicetis michi hanc similitudinem / Medice cura teipsum
dixerunt pharisei ad ihesum
quanta audivimus facta in capharnaum / fac et hic in patria tua / Ait
autem Amen dico vobis / quia nemo propheta acceptus est in patria sua
In veritate dico vobis / multe vidue erant in diebus helye in

propheta

isrl qn clausu est celu anis tbus et mensib9 sex Cu facta
est fames magn in omi tra ad nullam illarum missus est helyas
nisi in sarepta sydoniorum ad mulierem vidua Et multi lepsi
erat in isrl sb elyseo ppha et nemo eorum mundatus est nisi
naaman syrus Et repleti sunt omes in synagoga ira hec audientes
Et surrexerunt et eiecerunt illu extra ciuitate et duxerunt illu
vsqz ad supercilium montis supra que ciuitas illorum erat edificata ut
precipitaret eum Ipse aute transiens p medium illorum ibat Et descendit
in capharnaum ciuitate galilee ibiqz docebat eos sabbatis et stu
pebat in doctrina eius qz in ptate smo erat ipsius Et in sy
nagoga erat homo hens demoniu in mundu Et exclamat voce
magna dicens Sine Quid nobis et tibi ihu nazarene venisti
pdere nos Scio te qz sis scus dei Et increpauit illu ihus dicens
Et cu pieasset i'n demonium i mediu exiuit abillo
obmutesce et exi abillo nichilqz illi nocuit Et factus est
pauor in omnibus et colloqbatur ad inuicem dicentes Quid est hoc
verbum qz in ptate et in vtute impat inmundis spiritibus et exeunt

Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Surgens
autem ihesus de synagoga introivit in domum symonis. Socrus autem
symonis tenebatur magnis febribus. Et rogaverunt illum pro
ea. Et stans super eam imperavit febri et dimisit illam. Et continuo
surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant
infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum. At ille sin-
gulis manus imponens curabat eos. Exibant autem demonia
a multis clamantia et dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans
non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum christum esse. Facta autem die
egressus ibat in desertum locum. Et turbe requirebant eum, et venerunt
usque ad ipsum et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille
ait: Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum dei,
quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee.
5.a Factum est autem cum turbe irruerent in eum, ut
audirent verbum dei, et ipse stabat secus stagnum genezareth.
Et vidit duas naves stantes secus stagnum; piscatores autem

ce

autem descenderant et lavabant retia. Ascendens autem in unam navem
que erat symonis rogavit illum a terra eum reducere pusillum / Et
sedens docebat de navicula turbas / Ut autem cessavit loqui dixit
ad symonem duc in altum et laxate retia vestra in capturam
Et respondens symon dixit illi / preceptor per totam noctem labora-
tes nichil cepimus in verbo autem tuo laxabo rethe / Et cum hoc fe-
cissent concluserunt piscium multitudinem magnam et copiosam / Rupe-
batur autem rethe eorum / Et annuerunt sociis suis qui erant in alia
navi ut venirent et adiuvarent eos Et venerunt / et imple-
verunt ambas naviculas ita ut pene mergerentur / Quod cum
videret petrus symon procidit ad genua ihesu dicens / Exi a me quia
ego peccator sum domine / stupor enim circumdedit eum / Et omnes
qui cum illo erant in captura piscium quam ceperunt Similiter
autem iacobum et iohannem filios zebedei / qui erant socii symonis Et ait
ad symonem ihesus Noli timere ex hoc iam eris homines capi-
ens / Et subductis ad terram navibus / relictis omnibus secuti sunt eum / Et

Et factum est cum esset in vna ciuitatum [et] Ecce vir [plenus] lepra ... Et videns
ihesum et procidens in faciem rogauit eum dicens Domine si
vis potes me mundare Et extendens manum tetigit illum dicens
volo mundare et confestim discessit lepra ab eo et ipse precepit
[illi] ut nemini diceret Sed vade et ostende te sacerdotibus et offer pro
emundatione tua sicut precepit [moyses] in testimonium illis Peram-
bulabat autem magis sermo de illo et conueniebant turbe multe
vt audirent et curarentur ab infirmitatibus suis Ipse autem secedebat
in desertum et orabat Et factum est in vna dierum [et] ipse sedebat docens
tes Et erant pharisei sedentes et legis doctores qui venerant
ex omni castello galilee et iudee et ierusalem et virtus erat domini
ad sanandum eos Et ecce viri portantes hominem in lecto qui
erat paraliticus Et querebant eum inferre [et ponere] ante eum Et non in-
uenientes qua [parte] eum inferrent pre turba ascenderunt super tectum
et per tegulas submiserunt illum cum lecto in medium ante ihesum
Quorum fidem ut vidit dixit Homo remittuntur tibi peccata tua

re

Et ceperunt cogitare scribe et pharisei dicentes / Quis est hic qui loquitur blas-
phemias / Quis potest dimittere peccata nisi solus deus / Ut autem
cognovit ihesus cogitationes eorum / Respondens dixit ad illos / Quid co-
gitatis mala in cordibus vestris / Quid est facilius dicere / Dimittuntur
tibi peccata tua an dicere surge et ambula / Ut autem sciatis quia
filius hominis potestatem habet in terra dimittere peccata ait paralitico
Tibi dico surge tolle lectum [grabatum] tuum et vade in domum tuam / Et
confestim surgens coram ipsis tulit lectum in quo iacebat et abiit in
domum suam magnificans deum / Et stupor apprehendit omnes / et
magnificabant deum et repleti sunt timore dicentes / quia vidimus mira
bilia hodie / Et post hec exiit ihesus et vidit publicanum nomine
levi sedentem ad theloneum et ait illi / sequere me / Et relictis
omnibus surgens secutus est eum / Et fecit ei convivium magnum
levi in domo sua Et erat turba multa publicanorum et aliorum
qui cum illis erant discumbentes / Et murmurabant pharisei et scribe [eorum] dicentes
ad discipulos eius / Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis

et bibitis / Et videns ihesus dixit ad illos / Non eget qui sani sunt medico

sed qui male habent / Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitenciam / At illi

dixerunt ad eum At illi dixerunt ad eum quare discipuli iohannis ieiunant

frequenter / et obsecraciones faciunt / Similiter et phariseorum. tui autem edunt

et bibunt Quibus ipse ait / Nunquid potestis filios sponsi dum cum illis est

sponsus facere ieiunare / Venient autem dies cum ablatus fuerit sponsus

ab illis / tunc ieiunabunt in illis diebus / Dicebat autem et similitudinem

ad illos quia nemo commissuram a vestimento novo mittit in

vestimentum vetus / Alioquin et novum rumpit et veteri non convenit

commissura a novo / Et nemo mittit vinum novum in utres

veteres alioquin rumpet novum vinum utres / et ipsum effundetur / et

utres peribunt Sed vinum novum in utres novos mittendum est et

utraque conservantur / Et nemo bibens vinum vetus statim vult novum

Factum est autem in vj ca / dicit enim vetus melius est

sabbato / secundo primo cum transiret per sata / vellebant discipuli eius

spicas et manducabant confricantes manibus Quidam autem

vj ca

pharisaeorum dicebant illis. Quid facitis quod non licet in sabbatis. Et
respondens ihesus ad eos dixit. Nec hoc legistis quod fecit david cum
esurisset ipse et qui cum eo erant. quomodo intravit in domum domini et panes
propositionis sumpsit. Et manducavit et dedit his qui cum ipso erant
quos non licebat manducare nisi tantum sacerdotibus. Et dicebat illis
quia dominus est filius hominis etiam et sabbati. Factum est autem et in
alio sabbato ut intraret in synagogam eorum et doceret. Et
erat ibi homo. Et manus eius dextra erat arida. Observabant
autem eum scribe et pharisei si in sabbato curaret ut invenirent unde
accusarent illum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum. et ait homini
qui habebat manum aridam. Surge et sta in medium. Et surgens
stetit. Ait autem ad illos ihesus. Interrogo vos si licet sabbatis benefacere
an male. animam salvam facere an perdere. Et circumspectis omnibus
illis in ira dixit homini. Extende manum tuam. et extendit et re-
stituta est manus eius sanitati. Ipsi autem repleti sunt insipientia et
colloquebantur ad invicem quidnam facerent de ihesu. Factum est autem

In illis diebus exiit in monte orare Et erat pernoctans in oratione
dei Et cum dies factus esset vocavit discipulos suos Et elegit xii
ex ipsis quos et apostolos nominavit Symonem quem cognominavit
petrum et andream fratrem eius Jacobum et Johannem philippum et
bartholomeum matheum et thomam Jacobum alphei et symonem
qui vocatur zelotes iudam iacobi et iudam scarioth qui fuit proditor
Et descendens cum illis de monte stetit in loco campestri et turba
discipulorum eius Et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et
ierusalem et maritima et tyri et sydonis qui venerant ut audirent
eum et sanarentur a languoribus suis et qui vexabantur a spiritibus
inmundis curabantur Et omnis turba querebat eum tangere quia virtus
de illo exibat Et sanabat omnes Et ipse elevatis oculis in celum
discipulos suos dicebat Beati pauperes quia vestrum est regnum
dei Beati qui nunc esuritis quia saturabimini Beati qui nunc fletis
quia ridebitis Beati eritis cum vos oderint homines et cum separa
verint vos et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum tamquam mal

propter filium hominis gaudete in illa die et exultate · ecce enim merces
vestra multa est in celis Secundum hoc enim faciebant prophetis patres eorum
Verumptamen ve vobis divitibus quia habetis consolationem vestram / Ve vobis qui
saturati estis quia esurietis / ve vobis qui ridetis nunc quia lugebitis et fle-
bitis / ve vobis cum benedixerint vobis omnes homines Secundum hec facie-
bant pseudo prophetis patres eorum Sed vobis dico qui auditis diligite
inimicos vestros / benefacite hijs qui vos oderunt Benedicite maledicen-
tibus vobis / Orate pro calumpniantibus vos / Et qui te percutit in maxillam
prebe ei et alteram Et ab eo qui aufert tibi vestimentum etiam tunicam noli
prohibere / Omni autem petenti te tribue / Et qui aufert que tua sunt ne repetas
Et prout vultis ut faciant vobis homines / et vos facite illis similiter
que vobis est gratia et peccatores diligentes se diligunt
Et si diligitis eos qui vos diligunt / Et si benefeceritis hijs qui vos bene
faciunt / que vobis est gratia / Siquidem et peccatores hoc faciunt Et si mu-
tuum dederitis hijs a quibus speratis recipere / que gratia est vobis / Nam et pec-
catores peccatoribus fenerantur mutuant ut recipiant equalia Verumptamen diligite ini-
micos vestros et benefacite et mutuum date nichil inde sperantes

Dominica quarta post trinitatis

Et erit merces vestra multa et eritis filii altissimi quia ipse benignus
est super ingratos et malos Estote ergo misericordes sicut et pater
vester misericors est Nolite iudicare et non iudicabimini Nolite
condempnare et non condempnabimini Dimitte et dimittetur vobis
Date et dabitur vobis mensuram bonam et confertam et coagitatam
et superfluentem dabunt in sinum vestrum Eadem quippe vero mensura qua mensi
fueritis remetietur vobis Dicebat autem eis et similitudinem Numquid potest
cecus cecum ducere nonne ambo in foveam cadunt Non est discipulus
super magistrum perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius Quid
autem vides festucam in oculo fratris tui trabem autem que in oculo tuo
est non consideras Aut quomodo potes dicere fratri tuo frater sine eiciam fe-
stucam de oculo tuo ipse in oculo tuo trabem non videns Ypocrita eice
primum trabem de oculo tuo et tunc perspicies ut educas festucam de oculo
fratris tui Non est enim arbor bona que facit fructus malos neque arbor
mala faciens fructum bonum Unaqueque enim arbor ex fructu suo
cognoscitur Neque enim de spinis colligunt ficus neque de rubo vi-

demiat uvam bonus homo de bono thezauro cordis sui pfert
bonu. et malus ho de malo thezauro cordis sui pfert malum
ex habundantia enim cordis os loqt/ Quid aut vocatis me domine domine et no
facitis que dico/ Omnis qui venit ad me. et audit sermones meos.
et facit eos. ostendam vobis cui similis sit/ Similis e homini edificanti
domu qui fodit in altu et posuit fundamenta sup petra/ In vndi-
tacione aut facta illisu est flumen domui illi/ et no potuit eam
movere/ fundata enim erat sup petra/ Qui aut audit et non
facit/ similis est homini edificanti domu suam sup terram sine funda-
mento in qua illisus est fluvius et cotinuo cecidit/ Et facta est
ruina domus illius magna Sequitur septimu capitulum

Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis intravit
capharnaum Centurionis aut cuiusdam servus male habens erat
moriturus qui illi erat preciosus/ Et cu audisset de ihu misit ad eum
seniores iudeorum. rogans eum ut veniret et salvaret servum eius
At illi cum venissent ad ihm rogabant eum sollicite dicentes ei/ quia

dignus est ut hoc illi prestes / diligit enim gentem nostram / Et sy
nagogam ipse edificavit nobis / Ihesus autem ibat cum illis / Et cum iam non
longe esset a domo misit ad eum centurio amicos dicens domine
noli vexari · non enim dignus sum ut sub tectum meum intres
propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te / sed
dic verbo et sanabitur puer meus / Nam et ego homo sum sub potestate
constitutus habens sub me milites / et dico huic vade et vadit / et alii
veni et venit / et servo meo fac hoc et facit / Quo audito ihesus
miratus est et conversus sequentibus se turbis dixit / Amen dico vobis
nec in israel tantam fidem inveni / Et reversi qui missi fuerant domum
invenerunt servum qui languerat sanum / Et factum est deinceps
ibat ihesus in civitatem que vocatur naym / et ibant cum illo discipuli
eius et turba copiosa / Cum autem appropinquaret porte civitatis ecce
defunctus efferebatur filius unicus matris sue / Et hec vidua erat / et
turba civitatis multa cum illa / Quam cum vidisset dominus misericordia motus
super eam dixit illi / Noli flere / et accessit et tetigit loculum

Luce

Hij aute q̄ portabat steterut et ait ihūs/ Adolescēs tibi dico
surge/ et resedit q̄ erāt mortuus et cepit loq̄/ et dedit illū mr̄i
sue/ Accepit āt tīor oēs et magnificabat deū di~cēs/ q̄ṛ pp̄ha magnus
surrexit ī nob/ Et q̄ṛ deus visitāt plebē suā/ Et exijt h̄ s̄mo in vniūsā
iudeā de eo/ et/ omēs/ cīca/ regionē/ Et nūciauerūt Joh̄i discipli
eius de omībus his/ Et cōuocat duos de discip̄lis suis Johes et misit
ad ihm dicēs/ Tu es q̄ ventūs es an aliū expectam9/ Cū aūte
venissent ad eum viri dixerut Johes baptista misit nos ad te
dicēs/ Tu es q̄ ventūs es an aliū expectam9/ In ipa āt hora curat
mltos a languoribus suis et plagis/ et spiritibus malis/ et cecis
mltis donat visum/ Et rñdens dixit illis Euntes rr̄ nūciate
Johānni que audistis et vidistis/ q̄ṛ ceci vidēt/ et claudi ambulāt leprosi
mundāt/ surdi audiūt mortui resurgūt/ paupes evangelizant
Et btūs ē q̄ nō fuit scādalisatus in me/ Et cū discessissent
nūcij iohānis cepit dicē de Johīe ad turbas/ Qd existis in
desertū videre. arūdine vento agitatā Sed qd existis videre

hominem mollibus vestimentis indutum / Ecce qui in veste preciosa
sunt et deliciis in domibus regum sunt / Sed quid existis videre
prophetam / utique dico vobis et plus quam prophetam / hic est de quo dictum
scriptum est / Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam / qui preparabit viam
tuam ante te / dico enim vobis maior inter natos mulierum propheta iohanne
baptista nemo est / Qui autem minor est in regno celorum
maior est illo Et omnis populus audiens et publicani iustifica
verunt deum baptisati baptismo iohannis / pharisei autem et legisperiti
consilium dei spreverunt in semetipsos non baptisati ab eo Cui
ergo similes dicam homines generationis huius / Et cui similes sunt /
Similes sunt pueris sedentibus in foro et loquentibus adinvicem
et dicentibus Cantavimus vobis tibiis / et non saltastis / lamen
tavimus et non plorastis / Venit enim iohannes baptista neque man
ducans panem / neque bibens vinum et dicitis demonium habet
Venit filius hominis manducans et bibens / Et dicitis / Ecce homo
devorator et bibens vinum amicus publicanorum et peccatorum / Et iustificata

est sapia ab omnib9 filijs suis Rogabat autem illum quidam de phariseis
illu ut manducaret cu illo / Et ingressus domu phei discu:
buit / Et ecce mlr que erat in ciuitate pctrix ut cognouit quia ihc accu
buit in domo phei / attulit alabastru vnguenti / Et stans retro secus
pedes eius lacrimis cepit rigare pedes eius / et capillis ca:
pitis sui tergebat / et osculabat pedes eius et vnguento vn:
gebat Videns autem ihus phariseus qui vocauerat eum / ait intra se dicens
Hic si esset ppha sciret utique que et qualis esset mlr que tangit eum
quia pctrix est / Et rndens ihus dixit ad eum / Symon habeo tibi
aliquid dicere / At ille ait / Magister dic / Duo debitores erant cuidam
feneratori / vnus debebat denarios quingentos / et alius quinqua:
ginta. Non habentibus autem illis unde redderet donauit utrisque / Quis er:
go plus eum diligit / Rndens symo dixit / Estimo quia is cui plus
donauit / At ille dixit illi / Recte iudicasti / Et conuersus ad mulierem dixit
symoni / vides hanc mulierem / Intraui in domum tuam / aquam
pedibus meis non dedisti / hec autem lacrimis pedes meos rigauit.

Et capillis [suis] tersit / Osculum [autem] michi non dedisti / Hec autem ergo
intrauit non cessauit osculari pedes meos / Oleo autem caput
meum non vnxisti / hec autem vnguento vnxit pedes meos
Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum
Cui autem minus dimittitur minus diligit / Dixit autem ad illam remit
tuntur tibi peccata tua / Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra
se / Quis est hic / qui etiam peccata dimittit / Dixit autem ad mulierem
Et factum est viij c. / fides tua te saluam fecit vade in pace
deinceps et ipse iter faciebat per ciuitates et castella predicans et
euangelizans regnum dei et duodecim cum illo / Et mulieres alique
que erant curate a spiritibus [malignis] et infirmitatibus / Maria que
vocatur Magdalene de qua demonia septem [exi]erant / et Johanna vxor
[Chu]se procuratoris herodis et susanna · et alie multe que ministrabant
ei de facultatibus suis / Cum autem plurima turba conueniret et de ciuitatibus
properarent ad eum [cum] dixit per similitudinem / Exiit qui seminat seminare
semen suum / Et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum

re

est et volucres celi comederunt illud / Et aliud cecidit sup pe-
tram et natum exaruit / qz non hebat humorem / et aliud cecidit
inter spinas et simul exorte spine suffocaverunt illud / Et aliud
cecidit inter spinas / et simul exorte spine suffocaverunt illud
Et aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum
Hec dicens exclamabat / qui habet aures audiendi audiat / Interroga
bant autem eum discipuli eius que esset hec parabola / Quibus ipse dixit
Vobis datum est nosse misterium regni dei / Ceteris autem in parabo
lis ut videntes non videant et audientes non intelligant / Est autem
hec parabola. Semen est verbum dei / Qui autem secus viam sunt /
hii sunt qui audiunt / deinde venit diabolus et tollit verbum de
corde eorum / ne credentes salui fiant / Nam qui sup petram hii sunt
qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum / Et hii radices non
habent quia ad tempus credunt / Et in tempore temptationis recedunt Quod
autem in spinis cecidit hii sunt qui audiunt / et a sollicitudinibus
et diuiciis et voluptatibus vite euntes suffocantur / et non referunt

fructum. Quod autem in terram bonam: hij sunt qui in corde bono et op-
timo audientes verbum retinent / et fructum afferunt in paciencia. Nemo
autem lucernam accendens operit eam vase aut subtus lectum ponit / sed
super candelabrum ponit ut intrantes videant lucem / Non est occultum
enim quod non manifestetur / nec absconditum quod non cognoscatur / et
in palam veniat / Videte ergo quomodo auditis / Qui enim habet dabitur ei /
et quicumque non habet / etiam quod putat se habere auferetur ab eo / Ve-
nerunt autem ad illum mater et fratres eius et non poterant ad-
ire eum pre turba / Et nunciatum est illi: Mater tua et fratres tui
stant foris volentes te videre / Qui respondens dixit ad eos / Mater
mea et fratres mei hij sunt qui verbum dei audiunt et faciunt / Factum
est autem in una dierum / Et ipse ascendit in naviculam et disci-
puli eius / Et ait ad illos / Transfretemus [trans stagnum] / et ascenderunt / Naviga-
tibus autem [illis] obdormivit / Et descendit procella venti in stagnum
et complebantur fluctibus navicula et periclitabantur / Accedentes
autem suscitaverunt eum dicentes / preceptor perimus / At ille surge-

increpat ventum et tempestatem aque et cessauit / Et facta est tranquil
litas magna / Dixit autem illis / Ubi est fides vestra / Qui timentes mi:
rati sunt dicentes ad inuicem / Quis putas hic est quia et ventis imperat et
et mari. et obediunt ei / Et nauigauerunt ad regionem gerasenorum
que est contra galileam / Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir
quidam qui habebat demonium iam temporibus multis / Et vestimento non
induebatur neque in domo manebat sed in monumentis / Is ut vidit
ihesum procidit ante illum / Et exclamans voce magna dixit / Quid
michi et tibi est ihesu fili altissimi dei / Obsecro te ne me torqueas
precipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine / multis enim
temporibus arripiebat illum et vinciebatur cathenis et compedibus custo
ditus / Et ruptis cathenis et vinculis agebatur a demonio in desertum
Interrogauit autem illum ihesus dicens / Quid tibi nomen est / Et ille dixit Legio / Quia
intrauerant demonia multa in eum et rogabant illum ne imperaret
illis ut in abyssum irent / Erat autem ibi grex porcorum multorum
pascentium in monte / Et rogabant illum ut permitteret eos in illos

ingredi / Et permisit illis / Exierunt ergo demonia ab homine et
intraverunt in porcos / Et impetu abiit grex per preceps in stagnum.
et suffocatus est / Quod ut viderunt factum qui pascebant gregem
fugerunt et nuntiaverunt in civitatem et in villas / Exierunt autem
videre quod factum est / et venerunt ad ihesum / Et invenerunt hominem
sedentem a quo demonia exierant vestitum ac sana mente ad
pedes eius et timuerunt / Nuntiaverunt autem illis / Et hii qui viderant
quomodo sanus factus esset a legione / Et rogaverunt illum omnis multitudo
regionis gerasenorum ut discederet ab ipsis quia magno timore tenebantur
Ipse autem ascendens navim reversus est / Et rogabat illum vir a quo
demonia exierant ut cum eo esset / Dimisit autem eum ihesus dicens /
Redi in domum tuam et narra quanta tibi fecit deus / Et abiit
per universam civitatem predicans quanta illi fecisset ihesus / Factum est
autem cum redisset ihesus excepit illum turba / Erant autem omnes ex
pectantes eum / Et ecce venit vir cui nomen iayrus / Et ipse
princeps synagoge erat / Et cecidit ad pedes ihesu rogans eum

eu ut intraret in domum eius / quia filia unica erat illi ei fere annorum
xij. Et hec moriebatur / Et contigit dum iret a turbis comprimebatur
Et mulier que erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim que in
medicos erogauerat omnem substantiam suam nec ab ullo potuit
curari / accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius / et con-
festim stetit fluxus sanguinis eius / Et ait ihesus / Quis est qui me te-
tigit / Negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cum illo erant / Preceptor
tor turbe comprimunt te / et affligunt / et tu dicis quis me tetigit
Et dixit ihesus / tetigit me aliquis / nam et ego noui virtutem de
me exisse / Videns autem mulier / quia non latuit tremens / venit et procidit
ante pedes eius . et ob quam causam tetigit eum indicauit coram omni populo
Et quemadmodum confestim sanata sit / At ipse dixit illi / Filia fides tua te saluam
fecit vade in pace / Adhuc illo loquente venit quidam ad principem
synagoge dicens ei / Quia mortua est filia tua . noli vexare
illum / Ihesus autem audito hoc verbo respondit patri puelle Noli
timere crede tantum . et salua erit / Et cum venisset domum non

permisit introire secum quemquam nisi petrum et iacobum et iohannem et
patrem et matrem puelle. Flebant autem omnes et plangebant illam.
At ille dixit / Nolite flere. non est enim mortua puella sed dor:
mit / Et deridebant eum scientes quod mortua esset / Ipse autem tenens
manum eius clamat dicens / puella surge / Et reversus est spiritus eius et
surrexit continuo / et iussit illi dari manducare / Et stupuerunt paren:
tes eius quibus precepit ne alicui dicerent quod factum fuerat / ix ca

Convocatis autem ihesus xii apostolis dedit illis virtutem et pota:
tem super omnia demonia. et ut languores curarent / Et misit illos
predicare regnum dei et sanare infirmos et ait ad illos. Nichil
tuleritis in via neque virgam neque peram. neque calciamenta. neque
panem neque pecuniam / neque duas tunicas habeatis / Et in quamcum:
que domum intraveritis ibi manete et inde ne exeatis / Et quicumque
non receperint vos exeuntes de civitate illa etiam pulverem
pedum vestrorum excutite in testimonium super illos / Egressi autem
transibant per castella evangelizantes et curantes ubique et predicantes

Audiuit autē herodes tetrarcha omnia q̄ fiebat ab eo/ Et he:
sitabat eo q̄ diceretur a quibusdā q̄ iohēs surrexit a mortuis/ A
quibusdā vero/ q̄ helias apparuit/ Ab aliis autē q̄ ꝓpha vnus
de antiquis surrexit/ Et ait herodes/ Johēm ego decollaui/ quis
autē est iste de quo ego audio talia/ et q̄rebat videre eum. Et
reuersi apl̄i narrauerūt ei q̄cunq̄ fecerūt/ Et assūptis illis secessit
seorsū in locū desertū qui est bethsaida/ Quod cū cognouisset
turbe secute sunt illū/ Et excepit illos/ et loq̄batur illis de regno
dei/ Et eos q̄ cura indigebāt sanabat/ Dies aūt cepat declinare
Et accedētes xij dixerūt illi Dimitte turbas. ut euntes in ca
stella villasq̄ q̄ circa sūt diuertāt et inveniāt escas/ q̄ hic in
loco deserto sumus ait autē ad illos/ Vos date illis manducare
At illi dixerūt/ Non sūt nobis plꝰ q̄ quinq̄ panes et duo
pisces/ nisi forte nos eamus et emamus in omnē hanc turbā
escas Erāt autē fere viri ibi quinq̄ milia. Ait autē ad di
scipulos suos/ facite illos discumbere p quinquagenos et ita fecerunt

et distribuerunt omnis / acceptis autem quinque panibus et duobus pisci
bus respexit in celum / et benedixit illis et fregit et distribuit di
scipulis suis ut ponerent ante turbas / Et manducaverunt omnes et satu:
rati sunt / Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum xii cophini
Et factum est cum solus esset orans / erant cum illo et discipuli / et interro
gavit illos dicens / Quem me dicunt esse turbe / At illi responderunt et dixerunt
prophetam
Johannem baptistam / alii autem heliam / alii quia propheta unus de prioribus
surrexit / Dixit autem illis / vos autem quem me esse dicitis / Respondens
symon petrus dixit xpm dei / At ille increpans eos precepit ne cui
dicerent hoc dicens quia oportet filium hominis multa pati / et reprobari
a senioribus et principibus sacerdotum et scribis et occidi et tercia die re
surgere. Dicebat autem ad omnes Si quis vult post me venire, abneget se
metipsum et tollat crucem suam cottidie et sequatur me / Qui enim vo
luerit animam suam salvam facere perdet eam / nam qui perdiderit animam suam
propter me salvam faciet illam / Quid enim proficit homo si lucretur universum
mundum / se autem ipsum perdat / et detrimentum sui faciat / Nam qui me eru=

fuerit/ et meos sermones. Hunc filius hominis erubescet cum venerit
in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum/ Dico autem vobis
vere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum
dei. Factum est autem post hec verba fere dies octo. Et assumpsit petrum
et Jacobum et Johannem et ascendit in montem ut oraret/ Et dum
oraret facta est species alia vultus eius/ Et vestitus eius albus reful-
gens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem moyses et
helias visi in maiestate/ Et dicebant excessum eius quem completurus
erat in ierusalem/ Petrus vero et qui cum illo erant gravati sunt sompno
Et evigilantes viderunt maiestatem eius et duos viros qui stabant
cum illo/ Et factum est cum discederent ab eo ait petrus ad ihesum/ precep-
tor bonum est nos hic esse/ faciamus tria thabernacula/ unum tibi/ et unum
moysi/ et helye unum. Nesciens quid diceret/ hec autem illo loquente/ facta
est nubes et obumbravit eos/ Et timuerunt intrantibus autem
illis in nubem/ Et vox facta est de nube dicens/ Hic est filius meus
dilectus ipsum audite/ Et dum fieret vox inventus est ihesus solus

et ipi tacuerūt / Et nēi dixerūt in illis diebus quidq̄ ex hiis
que viderant / Factum est autē in sequenti die descendētib9 illis
de mōte occurrit eis t'ba multa / Et ecce vir de turba exclamauit
dicēs / Mḡr obsecro te respice in filium meū / q2 vnicus est m̄
Et ecce sp̄us apphēdit eum / et subito clamat et elidit et di
sipat eum cū spuma · et vix discedit dilanians eū / Et rogaui
discipulos tuos ut eicerēt eū / et nō potuerunt / Rn̄dēs autē ih̄s
dixit / O generatio infidelis et puersa / vsq3 q̄ ero apud vos et
paciar vos / Adduc huc filium tuū / Et cū accederet elisit illū
demonium et dissipat / Et increpauit ih̄us sp̄m in mūd3 et sa
nat puer3 et reddit illum patri eius / Stupebant autē omēs
in magnitudine dei / Omnib9 q3 mirātib9 i omnib9 q̄ faciebat
dixit ad discipulos suos / ponite vos in cordib9 v̄ris sermōes
istos / Filius enim hominis futurū est ut tradat' in man9 hominū
At illi ignorabat istud v'bum et erat velatum ante eos ut nō sen-
tirent illud · Et timebant illum interrogare de hoc verbo / Intrau

cogitacio in eos quis eorum maior esset / At ihesus videns cor cogi=
taciones cordis illorum / Apprehendens puerum statuit eum secus se / Et ait
illis / Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo me recipit
Et quicumque me recepit / recipiet eum qui me misit / Nam qui minor est
inter omnes vos. hic maior est / Respondens autem Johannes dixit / preceptor vi
dimus quendam in nomine tuo eicientem demonia / Et prohibuimus eum /
quia non sequitur te nobiscum / Et ait ad illum ihesus / Dimitte eum et nolite
prohibere / Qui enim non est adversum vos pro vobis est / Factum est autem
dum complerentur dies assumptionis eius / et ipse faciem suam firmavit
ut iret in ierusalem / Et misit nuncios ante conspectum suum / Et euntes
et maiestate / Hiis autem fieri incipientibus / respicite et levate ca
pita vestra quoniam appropinquat redempcio vestra / Et dixit illis similitudinem / Vide
te ficulnea et omnes arbores cum producunt iam ex se fructum / scitis quoniam
prope est estas / Ita et vos cum videritis hec fieri scitote quoniam prope est
regnum dei / Amen dico vobis / quia non preteribit generacio hec donec
omnia fiant / Celum et terra transibunt / verba autem mea non transibunt / Atten
dite autem vobis. ne forte graventur corda vestra in crapula et ebe
tate / et in curis huius vite / et superveniat in vos repentina dies
/ illa tanquam laqueus superveniet enim in omnes qui sedent super faciem orbis terre
Vigilate itaque omni tempore orantes ut digni habeamini fugere ista omnia
que futura sunt et stare ante filium hominis / Erat autem diebus docens in
templo / noctibus vero exiens morabatur in monte qui vocatur oliveti Et omnis
i. mane venire accelerabat.
populus manicabat in templo audire eum xxij ca

// ad eum venire

xxij ca

Appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha / Et que
rebant principes sacerdotum et scribe quomodo eum interficerent / Timebant

plebem / Intravit autem sathanas in iudam qui cognominabatur scarioth
unum de duodecim / Et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum
et magistratibus quemadmodum traderet illum eis / Et gavisi sunt et pacti sunt
pecuniam dare et spopondit / Et querebat oportunitatem ut traderet illum
sine turbis / Venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi
pascha / Et misit petrum et iohannem dicens / Euntes parate nobis pascha
ut manducemus / At illi dixerunt / Ubi vis paremus / Et dixit ad eos / Ecce
introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo amforam aque por
tans sequimini eum in domum in quam intrat et dicetis patrifamilias
domus / Dicit tibi magister / Ubi est diversorium ubi pascha cum disci
pulis meis manducem / Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum
stratum et ibi parate / Euntes autem invenerunt sicut dixit illis ihesus
et paraverunt pascha / Et cum facta esset hora discubuit et xii apostoli
cum eo / Et ait illis / Desiderio desideravi hoc pascha manducare
vobiscum antequam patiar / Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo
id donec impleatur in regno dei / Et accepto calice gratias egit et dixit

Accipite et dividite inter vos/ Dico enim vobis quod non bibam
de generatione vitis donec regnum dei veniet/ Et accepto pane
gratias egit et fregit et dedit eis dicens/ Hoc est corpus meum quod
pro vobis traditur hoc facite in meam commemorationem Similiter et calicem
postquam cenavit dicens/ Hic est calix novi testamenti in meo san-
guine quod pro vobis fundetur/ Verumtamen ecce manus tradentis me est
mecum in mensa/ Et quidem filius hominis secundum quod ~~definitum est~~ defi-
nitum est vadit/ Verumtamen ve homini illi per quem tradetur/ Et ipsi
ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset/ Facta
est autem contentio inter eos quis eorum esset videretur maior/ Dixit
autem eis ihesus Reges gentium dominantur eorum/ Et qui potestatem habent
super eos benefici vocantur vos autem non sic Sed qui maior est in vobis
fiat sicut minor/ et qui precessor est sicut ministrator Nam quis maior
est qui recumbit an qui ministrat/ Nonne qui recumbit/ Ego autem in me-
dio vestrum sum sicut qui ministrat/ vos autem estis qui permansistis mecum
in temptationibus meis/ Et ego dispono vobis sicut disposuit

michi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam meam
in regno meo et sedeatis super tronos iudicantes xii tribus israel
Ait autem dominus simoni Symon ecce sathanas expetivit vos ut cri-
braret vos sicut triticum / Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides
tua / Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos Qui dixit ei
Domine tecum paratus sum et in carcere et in mortem ire / Et ille
dixit / Dico tibi petre non cantabit hodie gallus donec ter abnegabis
nosse me / Et dixit eis / Quando misi vos sine sacculo et sine pera
et sine calciamentis numquid aliquid defuit vobis At illi dixerunt
nichil / Dixit ergo eis Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et
peram / Et qui non habet vendat tunicam et emat gladium / Dico enim vobis
quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me / Et cum
iniquis deputatus est / Etenim ea que sunt de me finem habent / At
illi dixerunt / Domine ecce duo gladii hic / At ille dixit eis Satis est
Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliveti / Secuti
sunt autem et illum discipuli / Et cum pervenisset ad locum ait illis /

Orate ne intretis in temptationem / Et ipse avulsus est ab eis quantu
iactus est lapidis / et positis genibus orabat dicens / Pater si vis
transfer calicem istum a me · verumtamen non mea voluntas sed tua fiat /
Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum et factus est in ago
nia orabat prolixius / Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis de
currentis in terram / Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad disci
pulos suos invenit eos dormientes pre tristitia Et ait illis / quid
dormitis Surgite orate ne intretis in temptationem Adhuc eo
loquente ecce turba et qui vocabatur iudas unus de xii antecedebat
eos / Et appropinquavit ihesu ut oscularetur eum Ihesus autem dixit illi
Iuda osculo tradis filium hominis / Videntes autem hii qui circa ipsum er
ant quod futurum erat dixerunt / Domine si percutimus in gladio / Et percus
sit unus ex illis servum principis sacerdotum et amputavit eius auriculam
dexteram Respondens autem ihesus dixit / Sinite usque huc / Et cum te
tigisset auriculam eius sanavit eum / Dixit autem ad eos qui vene
rant ad se principes sacerdotum et magistratus templi / et seniores

Quasi ad latronem existis cu gladijs et fustib9/ Cu cottie
vobcu fuerim in teplo non extendistis manu in me Sed h
est hora vra et ptas tenebrarum/ Comphendentes aute eu
duxerunt ad domu princip sacerdotu/ Petrus vero sequebat eu
a longe/ Accenso aute igne in medio atrij/ Et circumsedentibus
illis erat petrus in medio eorum Que cu vidisset ancilla quedam hostiaria
sedentem ad lumen et eu fuisset intuita dixit/ Et hic cu illo
erat/ At ille negauit eu dicens/ Mulier no noui illu/ Et p9
pusillu alius videns eu dixit/ Et tu de illis es/ Petrus vero ait/
O ho no su/ Et intervallo facto quasi hore vni9 . alius quidam affirmabat
dicens vere et hic cu illo erat/ nam et galileus est/ Et ait petrus
homo nescio quid dicis/ Et continuo adhuc eo loquente gallus cantauit
Et conuersus dns respexit petrum/ Et recordatus est petrus verbi dni
sicut dixerat quia priusquam gallus cantet ter me negabis/ Et egressus
petrus foras fleuit amare/ Et viri qui tenebant eu illudebant
ei cedentes eum/ Et velauerunt eu et percutiebant faciem eius

et interogabat eu dicentes / pphetiza nobis xpe quis est q te per
Et alia multa blasfemantes dicebat in eum / Et ut factus est
dies convenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribe et
duxerunt illum in concilium suum dicentes Si tu es xpus dic nobis
Et ait illis Si vobis dixero non creditis michi Si aut et interog
uero non respondebitis michi neque dimittetis me Ex hoc autem
erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei / Dixerunt autem
omnes / Tu ergo es filius dei / Qui ait vos dicitis / quia ego sum
At illi dixerunt / Quid adhuc desideramus testimonium Ipsi enim audiu
Et surgens omnis multitudo eorum duxe xxiiii c / Deorum eum
runt illum ad pilatum Ceperunt autem illum accusare dicentes Hunc
invenimus subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari cez
et dicentem se xpm regem esse / pilatus autem interogavit eum di
Tu es rex iudeorum / At ille respondens ait / Tu dicis / Ait autem
pilatus ad principes sacerdotum / et ad turbas Nichil invenio
cause in hoc homine At illi invalescebat dicentes Commovit

xxiiii caº

populum docens per universam iudeam incipiens a galilea usque
huc/ pilatus autem audiens galileam interrogavit si homo galileus
esset/ Et ut cognovit quod de herodis potestate esset/ remisit eum
ad herodem/ qui et ipse ierosolimis erat illis diebus/ herodes autem viso
ihesu gavisus est valde/ Erat enim ex multo tempore cupiens videre
eum eo quod audierat multa de eo/ et sperabat signum aliquod
videre ab eo fieri/ Interrogabat autem eum multis sermonibus/ At
ipse illi nichil respondebat/ Stabant etiam principes sacerdotum et scribe
constanter accusantes eum/ Sprevit autem illum herodes cum exercitu
suo/ et illusit indutum veste alba et remisit ad pilatum
Et facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa die/ Nam antea
inimici erant ad invicem/ pilatus autem convocatis principibus sacerdotum
et magistratibus et plebe dixit ad illos/ Obtulistis michi hunc hominem
quasi avertentem populum/ Et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam in-
veni in homine isto ex hiis in quibus eum accusatis/ Sed neque hero-
des/ Nam remisit illum ad vos/ Et ecce nichil dignum morte a-

actu ei / Emendatu ergo illu dimittam / Necesse aute habebat
eis dimitte per diem festu unum ex vinctis / Exclamavit aute
simul universa turba dicens / Tolle hunc et dimitte nobis bar
raban qui erat propter sedicionem quandam factam in civitate et homi:
cidium missus in carcere / Iterum aute pilatus locutus est ad illos
volens dimittere ihesum / At illi succlamabant dicentes / Cruci:
fige crucifige eum / Ille aute ad eos tercio dixit / quid enim mali fecit
iste / Nullam causam mortis invenio in eo Corripiam ergo illum
et dimittam / At illi instabant vocibus magnis postulantes ut
crucifigeretur et invalescebant voces eorum / Et pilatus adiudicavit
fieri peticionem eorum / Dimisit aute illis eum qui propter homicidium
et sedicionem missus fuerat in carcere quem petebant / Ihesum vero
tradidit voluntati eorum / et cum ducerent eum apprehenderunt
symonem quendam cyrenensem venientem de villa et impo
suerunt illi crucem portare post ihesum / Sequebatur aute illum turba
multa populi et mulierum que plangebant / et lamentabantur eum

Conuersus autem ad illas ihesus dixit / Filie iherusalem nolite flere
super me sed super vos ipsas flete / et super filios vestros / Quoniam ecce
venient dies in quibus dicent / Beate steriles et ventres qui
non genuerunt et vbera que non lactauerunt / Tunc incipient dicere
montibus cadite super nos et collibus operite nos / Quia si in viridi
ligno hec faciunt in arido quid fiet / Ducebantur autem et alii duo
nequam cum eo ut interficerentur / Et postquam venerunt in locum qui vocatur
caluarie ibi crucifixerunt eum Et latrones vnum a dextris et
alterum a sinistris Ihesus autem dicebat / pater dimitte illis
Non enim sciunt quid faciunt / Diuidentes autem vestimenta eius miserunt
sortes / Et stabat populus expectans et deridebant illum principes
cum eis dicentes / Alios saluos fecit seipsum saluum faciat / si hic
est christus dei electus Illudebant autem ei et milites accede-
tes et acetum offerentes illi dicentes / Si tu es rex iudeorum sal-
uum te fac / Erat autem et superscriptio scripta super illud litteris grecis
latinis et ebraycis / Hic est rex iudeorum / Vnus autem de hiis qui pendebant

latronibus blasfemabat eum dicens Si tu es xpus saluum fac temetipsum
et nos Respondens autem alter increpabat eum dicens Neque tu times
deum quia in eadem dampnatione es / Et nos quidem iuste / nam digna factis
recepimus / hic vero nichil mali gessit / Et dicebat ad ihesum
Domine memento mei dum veneris in regnum tuum / Et dixit illi
ihesus / Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso / Erat autem fere
hora sexta · et tenebre facte sunt in vniuersa terra usque ad ho-
ram nonam / Et obscuratus est sol · Et velum templi scissum est in medio
Et clamans voce magna ait / Pater in manus tuas commendo spiritum meum
Et hec dicens expirauit / Videns autem centurio / quod factum fuerat glo-
rificauit deum dicens Vere hic homo iustus erat / Et omnis turba simul
eorum qui aderant ad spectaculum istud / Et videbant que fiebant
percucientes pectora sua reuertebantur Stabant autem omnes noti eius
a longe / et mulieres que secute eum erant a galilea hec videntes
Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio vir bonus et iustus / hic
non consenserat consilio et actibus eorum ab arimathia ciuitate

iudeorum qui expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum
et petiit corpus ihesu. Et depositum involvit in sindone munda et po
suit eum in monumento exciso in quo nondum quisquam positus fuerat. Et
dies erat parasceue et sabbatum illucescebat. Subsecute autem
mulieres que cum ipso venerant de galilea viderunt monumentum. Et
quemadmodum positum erat corpus eius. Et revertentes paraverunt aro-
mata et unguenta. Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. xxiiij
Una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum por-
tantes que paraverant aromata et invenerunt lapidem revolutum
a monumento. Et ingresse non invenerunt corpus domini ihesu. Et
factum est dum mente consternate essent de isto. Ecce duo viri steterunt
secus illas in veste fulgenti. Cum autem timerent et declinarent
vultum in terram dixerunt ad illas. Quid queritis viventem cum mor
tuis. Non est hic sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis
cum adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hominis tradi
in manus hominum peccatorum et crucifigi et tercia die resurgere. Et recordate

sut v̄boꝝ eius et regresse a monumto nūtiauerūt hec oīa

illis vndecī et cetis omnibꝰ / Erat autē maria magdalene

et iohanna et maria iacobi et cete q̄ cū eis erāt q̄ dice

bāt ad aplos hec / et visa sūt ante illos sicud deliramētū

v̄ba ista / Et nō credebāt illis / petrꝰ autē surgens cucurrit ad

monumētū / Et procūbens uidit linthiamīa posita sola et abijt

secū mirās qd̄ fcm̄ fuerat / Et ecce duo ex illis ibāt ipa

die in castellū qd̄ erat in spacio stadioꝝ lx ab ierlm̄ nōie

emaus et ipi loqbant̄ ad inuicē de hijs oibꝰ q̄ acciderāt

Et factū est dum fabularent̄ et secū q̄rerēt / Et ipe ihūs appi

q̄ns ibat cū illis / Oculi autē illoꝝ tenebant̄ / ne eū agnosce=

rent / Et ait ad illos / Qui sūt hij s̄mōes quos cōfertis ad inui=

cē ābulātes et estis tristes / Et r̄ndēs vnꝰ cui nomē cleophas

dixit ei / Tu solus pegrinus es in ierlm̄ / et nō cognouisti q̄ facta

sūt in illa hijs diebꝰ / Quibꝰ ille dixit / que / Et dixerūt / de

ihū nazareno q̄ fuit pph̄a vir potēs in ope / et s̄mōe corā

2a feria pasche

Luce

deo et omni populo / Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et
principes nostri in dampnacionem mortis et crucifixerunt eum Nos autem
sperabamus quia ipse esset redempturus israel / Et nunc super omnia tercia dies est
hodie quod hec facta sunt / Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos
que ante lucem fuerunt ad monumentum et non invento corpore eius venerunt
dicentes se eciam visionem angelorum vidisse qui dicunt eum vivere /
Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum / et ita invenerunt sicut muli-
eres dixerunt ipsum vero non invenerunt / Et ipse dixit ad eos
O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete
Nonne hec oportuit pati christum et ita intrare in gloriam suam
Et incipiens a moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus
scripturis que de ipso erant Et appropinquaverunt castello quo ibant / Et ipse
se finxit longius ire / Et coegerunt illum dicentes / mane nobiscum
domine quoniam advesperascit / Et inclinata est iam dies / Et intravit
cum eis / Et factum est dum recumberet cum illis accepit panem et be-
nedixit ac fregit et porrigebat illis / Et aperti sunt oculi eorum.

et cognoverunt eum Et ipse evanuit ex oculis eorum et dixerunt
ad invicem Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum ihesus dum
loqueretur in via et aperiret nobis scripturas/ Et surgentes eadem
hora regressi sunt in iherusalem et invenerunt congregatos undecim
et eos qui cum ipsis erant dicentes illis quia surrexit dominus vere et
apparuit symoni/ Et ipsi narrabant que gesta erant in via
et quomodo cognoverunt eum in fractione panis/ Dum autem hec loquerentur
ihesus stetit in medio eorum/ et dixit eis pax vobis ego sum nolite
timere Conturbati vero et conterriti existimabant se spiritum videre/ et
dixit eis Quid turbati estis et cogitaciones ascendunt in corda vestra
Videte manus ~~mais~~ meas et pedes/ quia ego ipse sum/ palpate
et videte/ quia spiritus carnem nec ossa habet/ sicut me videtis habere
Et cum hoc dixisset ostendit eis manus et pedes/ Adhuc autem illis
non credentibus et mirantibus pre gaudio dixit/ habetis hic aliquid
quod manducetur/ At illi obtulerunt ei partem piscis assi et favum
mellis/ Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis

ff 3 feria pasche //

Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc
essem vobiscum. Quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege
moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut in-
telligerent scripturas. Et dixit eis quoniam sic scriptum est et sic oporte-
bat xpm pati et resurgere a mortuis die tercia. Et predicari
in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes
incipientibus ab ierusalem. Vos autem estis testes horum. Et ego mit-
tam promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in civitate quo-
adusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras
in bethaniam. Et elevatis manibus suis benedixit eis. Et factum
est dum benediceret illis recessit ab eis et ferebatur in celum. Et
ipsi adorantes regressi sunt in ierusalem cum gaudio magno. Et
erant semper in templo laudantes et benedicentes deum amen.

Incipit prologus beati Jeronimi super ewangelium Johannis

Hic est iohannes ewangelista unus ex discipulis domini
qui virgo dei electus est a deo quem de nupciis vo-
lentem nubere vocavit deus. Cui virginitatis in hoc
duplex testimonium datur in ewangelio quod et pre ceteris a deo
dilectus dicitur et huic matrem suam pendens in cruce

comendat deus / ut uirgo virginem servaret / Denique mani-
festans in ewangelio quod erat ipse incorruptibilis verbi opus
inchoans. solus verbum carne factum esse / nec lumen a tenebris
comprehensum fuisse testatur / primum signum ponens quod in nuptiis
fecit ihesus (dominus) ostendens quod erat ipse / ut legentibus demonstraret quod
ubi dominus invitatus est deficere nuptiarum vinum debebat / ut
et veteribus immutatis nova omnia que a christo instituuntur ap-
pareant / Hoc autem ewangelium scripsit in asia postquam in pathmos
patmos insula apocalipsim conscripserat / ut cui in principio canonis
ingenesi incorruptibile principium prenotatur / et etiam incorruptibilis fi-
nis per virginem in apocalipsi redderetur. dicente christo Ego sum
alpha et o. Et hic est Johannes: qui sciens supervenisse diem
recessus sui. Convocatis discipulis suis in epheso per multa signorum
experimenta promens christum descendens in defossum sepulture
sue locum. facta oratione. positus est ad patres suos tam extra-
neus a dolore mortis quam a corruptione carnis invenitur
alienus / Tamen post omnes ewangelium scripsit / Et hoc
virgini debebatur / Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio
vel librorum ordinatio ideo a nobis per singula non expo-
nitur: ut sciendi desiderio collocato et querentibus fruc-
tus laboris Et deo magisterii doctrina servetur etc.

Incipit beatus Johannes ewangelista etc.

In principio erat verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. hoc erat in principio apud deum.
omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil / Quod factum est
in ipso vita erat / et vita erat lux hominum / et lux in tenebris
lucet / et tenebre eam non comprehenderunt / Fuit homo missus a deo cui

Johes

nome erat iohes hic venit in testioniu vt testioniu phibet
de lumie vt oms crederet p illu Non erat ille lux vera · s ut te
stio phiberet de lumie Erat lux vera q illuminat omem hoie
venientem in hunc mud In mdo erat et mudus p ipm factus
est/ et mdus eu no cognovit In ppria venit et sui eu no recepe
runt/ Quotquot aute receperunt eu dedit eis ptatem filios dei
fieri hijs q credut in nomie eius/ Qui no ex sanguinibus neq
ex volutate carnis neq ex volutate viri/ s ex deo nati sunt
Et verbu caro factu est et habitavit in nobis et vidim gliam
eius q vnigeniti a patre plenu gra et veritat Johes testi
moniu phibet de ~~domino thu~~ (i. xpo / ipso) et clamabat dicens/ Hic erat
que dixi vobis q p me venturus e/ q ante me fact e q prior
me erat/ et de plenitudie eius nos oms accepim et gram
p gra/ q lex p moysen data est/ gra aute et veritas p ihm
facta est/ Deu nemo vidit vnq/ nisi vnigenit filius q
est in sinu pris ipe enarrat Et hoc est testimoniu iohis

qn miserunt iudei ab ierlimis sacerdotes et leuitas ad eum vt
interrogaret eu tu qs es. Et confessus est/ et no negauit/ et confes
sus est. qr non sum ego xpus/ Et interrogauit eu. Qd ergo/
helias es tu/ Et dixit/ no sum/ pph[et]a es tu. Et respo[n]dit non/
dixerunt
dixit ergo ei/ Quis es ut respo[n]sum demg[us] hijs q[ui] miserunt nos
Qd dicis de te ipso/ Ait ego vox clamant[is] in deserto dirigite
viam domini sicut dixit ysaias pph[et]a Et q[ui] missi fuerant erat
ex phariseis/ Et interrogauit eu et dixerunt ei/ Qd ergo baptisas
si tu no es xpus neqz helyas neqz pph[et]a/ Respondit eis iohe[s]
dicens Ego baptiso in aq[ua]/ Medius aute v[est]rm stetit que vos
nescit[is] Ipse est qui p[ost] me venturus est q[ui] ante me factus
est Cuius no sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti)
Hec in bethania facta st trans iordanem/ vbi erat iohe[n]s bap
tisans Altera die uidit iohes ihm venientem ad se et ait
Ecce agnus dei Ecce q[ui] tollit pecca[ta] mundi/ hic est de quo dixi
p[ost] me venit vir q[ui] ante me factus est/ qr prior me erat/ et

Iohes

ego nesciebam eum. sed ut manifestet in israel propterea veni ego
in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Johannes dicens. Quia vidi
spiritum descendentem quasi columbam de celo et mansit super eum. Et ego
nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi
dixit. Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum
hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimonium
perhibui quia hic est filius dei. Altera die iterum stabat Johannes et
ex discipulis eius duo. Et respiciens ihesum ambulantem dicit. Ecce
agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem. Et secuti
sunt ihesum. Conversus autem ihesus et videns eos sequentes dixit eis
Quid queritis. Qui dixerunt ei. Rabi quod dicitur interpretatum magister. ubi
habitas. Dicit eis venite et videte. venerunt et viderunt ubi ma=
neret. et apud eum manserunt die illo. hora autem erat quasi decima
Erat autem Andreas frater symonis petri. unus ex duobus qui
audierant a iohanne et secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem
suum symonem. et dicit ei. Invenimus messiam quod est interpretatum xpc

et adduxit eum ad ihm Intuitus autem eum ihus dixit / Tu es
symon filius iohanna / Tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus
In crastinum voluit intrare exire in galileam / Et invenit phi
lippum / Et dicit ei ihus Sequere me / Erat autem philippus a beth
saida civitate andree et petri Invenit petrus philippus na
thanahelem / et dixit ei / Quem scripsit moyses in lege et
prophete invenimus ihm filium ioseph a nazareth Et dicit ei na
thanahel / a nazareth potest aliquid boni esse / dixit ei philippus /
veni et vide / Vidit ihus nathanahelem venientem ad se et
dicit de eo / Ecce vere israelita in quo dolus non est / Dicit ei natha:
nahel Unde me nosti Respondit ei ihus. priusquam te philippus vo
caret sub ficu cum esses vidi te. Respondit ei nathanahel et ait
Rabi tu es filius dei / tu es rex israel Respondit ihus et dixit ei /
Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis / maius hijs videbis Et dicit
eis / Amen amen dico vobis videbitis celum apertum et angelos
dei ascendentes et descendentes super filium hominis / ~~Et die tercia nuptie~~

Johannes

Et die tercia nuptie facte sunt in cana galilee ij. ca

et erat mater ihu ibi / vocatus est autem et ihus et discipuli eius

ad nuptias / Et deficiente vino / dicit mater ihu ad eum / vinum

non habent Et dicit ei ihus / Quid mihi et tibi est mulier / Nondum venit

hora mea / Dicit mater eius ministris / Quodcumque dixerit vobis

facite / Erant autem ibi lapidee ydrie sex posite secundum purificationem iu-

deorum capientes singule metretas binas vel ternas / dicit eis

ihus / Implete ydrias aqua / Et impleverunt eas usque ad summum

Et dicit eis ihus / haurite nunc et ferte architriclino et tulerunt

ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam / Et non sciebat un-

de esset / ministri autem sciebant qui hauserant aquam vocat sponsum

architriclinus et dicit ei / Omnis homo primum vinum bonum ponit

et cum inebriati fuerint / tunc id quod deterius est / Tu autem servasti bonum

vinum usque adhuc / Hoc fecit inicium signorum ihus in cana ga-

lilee et manifestavit gloriam suam Et crediderunt in eum di-

scipuli eius / post hoc descendit capharnaum ipse et mater eius

et fres eius et discipuli eius / Et ibi manserunt no mltis
diebus / Et ppe erat pascha iudeo / et ascendit ihus irlm
et invenit in templo vendentes boues et oues. columbas et nu:
mularios sedentes / Et cu fecisset qi flagellum de funiculis omnes
eiecit de templo. oues q et boues et nummulario effudit es
et mensas sb vtit / Et hijs q columbas vendebat dixit / Auferte
ista hinc / et nolite facere domum pris mei domum negociacois
Recordati st vero discipli eius qz scptum est / zelus domus tue
comedit me Responderunt g° iudei et dixerunt ei Quod signum on
nobis qz hec fac Rndit ihs et dixt eis Soluite templum h / et i
tribus diebus excitabo illud / Dixerunt g° iudei / Et quadraginta
et sex annis edificatum est templum h et tu tribus diebus excitab
illd Ille aute dicebat de templo corpis sui / Cum g° resurrexisset
a mortuis recordati st discipuli eius qz hc dicebat eis de cor
pe suo / Et crediderunt scpture et smoni que dixt ihus Cum aute
esset irlmis in pascha in die festo mlti crediderunt in noie eius

videtes sig͠ eius q̄ faciebat Ipse aute ihus no credebat se
metipm eis eo q ipe nosset oms / Et q opus ei no erat ut
qs testio͠iu phiberet de hoie / Ipse em sciebat qd eet in hoie
Erat aute ho ex phseis nicodēm noīe p̄nceps iu̅deoꝝ
iudeoꝝ. Hic venit ad eu nocte et dixit ei Rabi scim̄ q a deo
venisti mgr / Nemo em hec sig̃ pt facere q̄ tu fac̄ nisi fuīt
deus cu eo Respōdit ihus et dixit ei Ame (amen) dico tibi nisi fuīt
qs natꝯ denuo no pt uidere regnu dei / Dicit ad eu nicodēm
Quo pt homo nasci denuo cu sit senex Nuqd pt ī ventre
mris sue itrato introire et renasci Rndit ihus Ame am dico
t nisi qs renatꝯ fuīt ex aq et spu sco no pt intrare ī regnu dei
Qd natu ē ex carne caro est / Et qd natu est ex spu sps ē
No mireris q dixi tibi oportet uos nasci denuo Sps ubi
vult spirat et voce eiꝯ audis Sed nescis vn veniat a quo vadat
Sic est ois q natꝯ est ex spu Rndit nicodem̄ et dixit ei Quo
pt hec fieri Rndit ihus et dixit ei Tu es mgr in isrl et

…die Sce Trinitatis

hec ignoras. Amen amen dico tibi / qz qd scimus loqmur et qd
vidimus testamur et testimonium nostrum no accipit. Si terrena dixi
vobis et no creditis quo si dixero vob celestia credetis. Et nemo
ascendit i celum nisi q descendit de celo filius hominis q e in celo
Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto ita oportet exaltari filium
hominis / ut ois q credit in ipm no pereat s habeat vitam eternam. Sic
enim dilexit deus mundum ut filium suum unigenitum daret ut ois q
credit no pereat s habeat vitam eternam. Non enim misit deus filium
suum in mundum ut iudicet mundum s ut salvetur mundus per ipm / q credit
in eum no iudicatur. Qui aut no credit iam iudicatus est / qz no credit
in nomine unigeniti filij dei / hoc est aute iudicium qz lux venit i
mundum / Et dilexerunt magis homines tenebras q lucem / Erat enim eorum
mala opera. Ois enim q male agit odit lucem. et no venit ad
lucem. ut no arguantur opera eius / q aute facit veritatem venit
ad lucem ut manifestentur opera eius qz in deo sunt facta / Post hec
venit ihesus in iudeam terram et discipuli / et illic demorabatur

tu eis et baptisabat/ Erat autē et Johes baptisās in enon
iuxta salim · qr aque multe erāt illic/ et ueniebāt et bap
tisabāt/ Nondū eīm missus fuerat in carcerē iohes/ Facta ē
ergo qō ex discipulis iohīs cū iudeis de purificacōe/ Et uenīt
ad iohem et dixerūt ei Rabi q erat tecū trans iordanē cui tu
testioniū phibuisti · ecce hic baptisat/ Et oēs ueniūt ad eum
Rndit ihus et dixit/ no pt ho accipe q̄dq̄/ nī fuit datū ei d' celo
Ipsi uos michi testioniū phibebit qr dixerī ego no sū xpc
s; qr missus sum ante illū Qui ht sponsā sponsꝰ est/ Amicꝰ
autē sposi · q stat et audit eū/ gaudio gaudet ppter vocem
sponsi/ hoc gaudiū meū impletū est/ Illū oppter cresce
me autē minui/ Qui desursū uenit sup oms est/ Qui ē de terra
de terra est/ et de terra loqt/ Qui de celo uenit sup oms est Et qd
vidit et audiuit hoc testat et testioniū eius nemo accipit
Qui autē accipit eius testioniū signit/ qr deus verax ē
Quē em misit deus/ uā dei loqt Non em ad mensuram

Deus dat spm. pr diligit filiu/ et oia dedit in ma{n}u eius
Qui credit in filiu habet vita eterna Qui aut incredulus
e filio no videbit vita sz ira dei manet sup eu iiii ca
Ut ergo cognovit ihus qr audierut pharisei qr ihus plures
discipulos facit et baptisat quam iohes / qq ihus no bapti
saret sz discipli eius/ reliquit iudea. et abiit iteru in galilea
Oportebat aut eu transire psamaria Venit ergo in civitate
samarie que dicit sichar iuxta pdiu qd dedit iacob filio suo
Joseph Erat aute ibi fons iacob Ihus ergo fatigatus ex itinere
sedebat sic supra puteu: Hora aute erat quasi sexta. Venit
mlr desamaria haurire aqua. Dicit ei ihus Da michi bi
bere/ Discipli eni eius abierant in civitate ut cibos emerent
Dicit ergo ei mlr illa samaritana/ quo tu iudeus cu sis
bibere aqm a me poscis/ que sum mlr samaritana. Non
eni coutunt iudei samaritanis Rndit ihus et dixit ei Si scires do
nu dei/ Et qs est q dicit tibi/ da michi bibe forsitan petisses

Sme8

ab eo et dedisset tibi aqua viua Dicit ei mlr / Domine neq3

mq̃ haurias hes et puteus altq est / Unde ergo hes aqua

viua3 / Nunq tu maior es pre nro iacob / qui dedit nobis puteu

Sed et ipse ex eo bibit et filij eius et pecora eius Respondit ihus

et dixit ei Ois qui bibit ex aq̃ hac sitiet iteru / Qui aute bibit

ex aq̃ qua ego dabo ei no siciet in etnu Sed aqua qua ego

dabo ei fiet in eo fons aq̃ salient in vita etna3 / Dicit ad eu

mlr Dne da m hac aqua vt no siciā neq3 veniā huc haurire / Dicit ei ihus vade voca viru tuu et veni

Dicit ei ihs / vade voca viru tuu Dr ei ihus Bne em dixisti q2 Dicit a mlr Dne no heo viru

no heo viru Quinq3 em viros huisti / et nuc que hes / no

e tuus vir / hc vere dixisti / Dr ei mlr Domine video q2 pph a

es tu / pres nri in monte hoc adorauer̃t / et uos dicitis q2 ierlimis

est locus ubi adorare oportet / Dicit ei ihus / mlr credo michi

q2 veniet hora qn neq3 in monte hoc neq3 in ierlimis ado

rabitis prem / Uos adorat qd nescit / nos aut adoramus qd scimus

q2 salus ex iudeis est Sed venit hora et nuc est qn veri adoratores

adorabunt patrem in spiritu et veritate Nam et pater tales
querit qui adorent eum Spiritus est deus Et eos qui adorant eum
in spiritu et veritate oportet adorare Dicit ei mulier Scio quia messi-
as venit qui dicitur xpistus Cum ergo venerit ille nobis annunci-
abit omnia. Dicit ei ihesus Ego sum qui loquor tecum Et continuo
venerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loquebatur
Nemo tamen dixit quid queris aut quid loqueris cum ea Reliquit ergo
mulier ydriam suam et abiit in civitatem Et dicit illis hominibus
Venite et videte hominem qui dixit michi omnia quecumque feci
Numquid ipse xpistus est Exierunt ergo de civitate et veniebant
ad eum Interea rogabant eum discipuli dicentes Rabi manduca
Ille autem dixit Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis
Dicebant ergo discipuli ad invicem Numquid aliquis attulit ei man-
ducare Dicit eis ihesus Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui
me misit ut perficiam opus eius Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor
menses sunt Et messis venit Ecce dico vobis levate oculos

vos. et videte regiones qr albe st ad messez Et q metit m-
cedz accip et ɔgregat fructu in vitaz eternaz. Vt et q seminat
sl gaudeat et q metit. Hoc eni est vbu veru qz alius e
q seminat et alius e q metit. Ego misi vos metere qd vos no
laborastis. Alij laborauerut et vos in labores eoz intrastis
Ex ciuitate aute illa multi crediderut in eu samaritanoz. ppt
vbu mulieris testio phibentis qz dixit m oia quecuqz feci. Cu
venissent go ad illu samaritani rogauerut eum ut ibi ma-
neret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderut in eu
ppter smone eius. Et mulieri dicebat qz iam no ppter
tuaz loqlaz credimus. Ipi eni audiuimus et scimus qz hic e ve
saluator mdi. Post duos aut dies exijt inde et abijt i galilea
Ipe eni ihus testioniu phibuit qz pha in sua patria ho-
nore no habet. Cu go venisset in galilea exceperut eu
galilei cu oia vidissent que fecerat ierlmis in die festo. et
ipi venerant in diem festu Venit itez in chana galilee.

vbi fecit aquam vinum/ Et erat quidam regulus cuius filius infirma
bat in capharnaum/ Hic cum audisset quia ihesus adveniret a iudea
in galileam abijt ad eum et rogabat eum ut descenderet et sa
naret filium eius Incipiebat enim mori/ Dixit ergo ihesus
ad eum Nisi signa et prodigia videritis non creditis/ Dicit ad
eum regulus/ Domine descende priusquam moriatur filius meus Dicit
ei ihesus vade filius tuus vivit/ Credidit homo sermoni que dixit
ei ihesus/ Et ibat Iam autem eo descendente servi occurrerunt ei/ et
nunciaverunt dicentes/ quia filius eius viveret Interrogabat ergo
horam ab eis in qua melius habuerat/ Et dixerunt ei/ quia heri hora
septima reliquit eum febris Cognovit ergo pater quia illa hora
erat in qua dixit ei ihesus/ vade filius tuus vivit/ Et credidit
ipse et domus eius tota/ Hoc iterum secundum signum fecit ihesus

Post hec erat dies v capitulum/ cum venisset a iudea in galileam
festus iudeorum et ascendit ihesus iherusalimam Est autem iherusalimis
probatica piscina que cognominatur hebraice bethzayda quinque

porticus habens. In his iacebat multitudo magna languencium cecorum
claudorum aridorum expectancium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus
descendebat in piscinam et movebatur aqua. et qui prior descendebat in pi
scinam post motum aque sanus fiebat a quacumque tenebatur infirmitate. Erat
autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum
vidisset ihesus iacentem et cognovisset quia iam multum tempus haberet. dicit
ei. Vis sanus fieri. Respondit ei languidus. Domine hominem non habeo: ut cum
turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. dum venio enim ego. alius
ante me descendit. Dicit ei ihesus. Surge tolle grabatum tuum et am
bula. Et statim sanus factus est homo et sustulit grabatum suum et ambulabat.
Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant iudei illi qui sanatus fuerat.
Sabbatum est. non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. qui me fecit
sanum ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum et ambula. Interrogaverunt
ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula.
Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Ihesus autem declinavit se
a turba constituta in loco. Postea invenit eum ihesus in templo et dixit
illi. Ecce sanus factus es iam noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat.
Abiit homo ille et nunciavit iudeis quia ihesus esset qui fecit eum sanum.
Propterea persequebantur iudei ihesum quia hec sabbato faciebat. Ihesus autem respondit eis.

pater meus usqz modo operatur et ego operor/ propterea ergo magis
querebant eum iudei interficere. quia non solum solvebat sabbatum. sed et patrem
suum dicebat deum equalem se faciens deo. Respondit itaqz ihesus et dixit eis/
Amen amen dico vobis. non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit
patrem facientem. Quecumqz enim ille fecerit hec et filius similiter facit. Pater enim
diligit filium et omnia demonstrat ei que ipse facit/ Et maiora hijs de
monstrabit ei, opera ut vos miremini/ Sicut enim pater suscitat et vivifi
cat mortuos sic et filius quos vult vivificat/ Neqz enim pater iudicat
quemquam. sed iudicium omne dedit filio/ Ut omnes honorificent filium sicut
honorificant patrem/ qui non honorificat filium non honorificat et patrem qui misit
illum. Amen amen dico vobis quia qui audit verbum meum et credit ei qui misit me
habet vitam eternam et in iudicium non veniet sed transiit a morte in
vitam. Amen amen dico vobis quia venit hora et nunc est quia mortui au
dient vocem filij dei Et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in
semetipso. sic dedit et filio vitam habere in semetipso/ Et potestatem dedit
ei iudicium facere quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia venit hora in
qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei eius. et procedent. Qui
bona fecerunt in resurrectionem vite/ Qui vero mala egerunt in resu
rrectionem iudicij. Non possum ego a meipso facere quicquam. sed sicut audio

iudico. Iudicium meum iustum est / quia non quero voluntatem meam. sed
voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de me. testimonium
meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me. et scio quia
verum est testimonium eius quod perhibet de me. vos misistis ad iohannem
et testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio
sed hec dico ut vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens
Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Ego autem
habeo testimonium maius iohanne. Opera enim que dedit mihi pater ut perficiam
ea. ipsa opera que ego facio testimonium perhibent de me. neque vocem
eius vnquam audistis neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non
habetis in vobis manens. quia quem misit ille huic vos non creditis
Scrutamini scripturas quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere
Et ille sunt que testimonium perhibent de me. Et non vultis venire ad me ut vitam
habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. sed cognoui vos quia dilectionem dei
non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei. et non acci
pitis me. Si alius venerit in nomine suo illum accipietis. Quomodo potestis
vos credere qui gloriam ab inuicem accipitis. et gloriam que a solo est
deo non queritis. Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud patrem meum
est qui accusat vos moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis

x qui pater me misit et h
me misit pater ipse testi
monium perhibuit de me

moysi credeatis forsitan et michi. De me enim ille scripsit Si autem
illius litteris non creditis quomodo meis verbis credetis Capitulum vj
de cena cristi et xiiij capitulo 6
Post hec abiit ihesus trans mare galilee quod est tyberiadis / et
sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa que faciebat super hiis qui
infirmabantur / Abiit ergo in montem ihesus / Et ibi sedebat cum
discipulis suis / Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum / Cum
sublevasset ergo ihesus oculos et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum
dixit ad philippum / Unde ememus panes ut manducent hii / Hoc autem
dicebat temptans eum / ipse enim sciebat quid esset facturus / Respondit ei philippus
ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis / ut unusquisque modicum
quid accipiat / Dicit ei unus ex discipulis eius Andreas frater symonis
petri / Est puer unus hic / qui habet quinque panes ordeaceos et duos
pisces / sed hec quid sunt inter tantos / Dixit ergo ihesus / Facite homines
discumbere / Erat autem fenum multum in loco illo / Discubuerunt ergo viri
in numero quasi quinque milia / Accepit ergo panes ihesus / Et cum gratias e-
gisset distribuit discumbentibus / Similiter et ex piscibus quantum vole-
bant / Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis Colligite que superaverunt
fragmenta ne pereant / Collegerunt ergo et impleverunt duodecim
cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis et duobus piscibus

que superfuerant hijs qui manducaverant Illi ergo homines cum vidissent
quod fecerat signum dicebant / Quia hic est vere propheta qui venturus est
in mundum Ihesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent
eum et facerent eum regem / fugit iterum in montem ipse solus / Ut
autem sero factum est descenderunt discipuli eius ad mare / Et cum ascendissent
navem venerunt trans mare in capharnaum Et tenebre iam facte
erant / Et non venerat ad eos ihesus / Mare autem vento magno
flante exurgebat. cum remigasset ergo quasi stadia viginti quinque
aut triginta · vident autem ihesum ambulantem super mare · et proximum
navi fieri et timuerunt Ille autem dixit eis / Nolite timere ego
sum / Voluerunt ergo accipere eum in navem / et statim fuit navis
ad terram in qua ibant Altera autem die turba que stabat trans mare
vidit quia alia navicula non erat ibi nisi una / et quia non introisset
cum discipulis suis ihesus in navem / sed soli discipuli eius abissent
Alie vero supervenerunt naves a tyberiade · iuxta locum ubi mandu
caverant panem: gratias agentes domino / Cum ergo vidisset turba
quia ihesus non esset ibi neque discipuli eius · ascenderunt in naviculas
et venerunt capharnaum querentes ihesum Et cum invenissent eum
trans mare dixerunt ei Rabbi quando huc venisti Respondit eis ihesus et dixit

Amen amen dico vobis queritis me non quia vidistis signa sed quia
manducastis ex panibus et saturati estis / Operamini non cibum qui
perit / sed qui permanet in vitam eternam quem filius hominis dabit
vobis / hunc enim signavit pater deus / Dixerunt ergo ad eum / quid faciemus
ut operemur opera dei / Respondit ihesus et dixit eis hoc est opus dei ut
credatis in eum quem misit ille / Dixerunt ergo ei / Quod ergo tu facis
signum ut videamus et credamus tibi / quid operaris / patres manducaverunt manna
in deserto sicut scriptum est / panem de celo dedit eis manducare
Dixit ergo eis ihesus / Amen amen dico vobis / non moyses dedit vobis
panem de celo / sed pater meus dat vobis de celo panem [de celo] verum. panis
enim dei est qui descendit de celo et dat vitam mundo. Dixerunt
ergo ad eum. Domine. semper da nobis panem hunc / Dixit autem ihesus eis
Ego sum panis vite / Qui venit ad me non esuriet / Et qui credit
in me non sitiet unquam / Sed dixi vobis quia et vidistis me et non
creditis / Omne quod dat mihi pater ad me veniet / Et eum qui venit
ad me non eiciam foras / quia descendi de celo ut non faciam voluntatem
meam / sed voluntatem eius qui misit me patris / ut omne quod dedit michi
non perdam ex eo sed resuscitem illud in novissimo die / Hec est enim
voluntas patris mei qui misit me. ut omnis qui videt filium et credit

Hec est enim voluntas eius qui misit me

in eum habeat vitam eternam et ego resuscitabo eum in novissimo
die / Murmurabant ergo iudei de illo quia dixisset ego sum panis vivus
qui de celo descendi / Et dicebant nonne hic est ihesus filius ioseph
cuius nos novimus patrem et matrem / Quomodo ergo dicit hic / quia de celo de
scendi / Respondit ergo ihesus et dixit eis Nolite murmurare in invicem
Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum / Et
ego resuscitabo eum in novissimo die / Est scriptum est in prophetis
Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audivit a patre et didicit venit
ad me / Non quia patrem vidit quisquam nisi is qui est a deo hic vidit
patrem Amen amen dico vobis qui credit in me habet vitam eternam.
Ego sum panis vite. Patres vestri manducaverunt manna in deserto
et mortui sunt / Hic est panis de celo descendens ut si quis ex ipso man
ducaverit non moriatur / Ego sum panis vivus qui de celo descendi
Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum / Et panis quem
ego dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei ad invicem
dicentes / Quomodo potest hic dare carnem suam ad manducandum / Dixit ergo eis
ihesus Amen amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis / Qui
manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam

In die corporis christi

Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea vere
est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui manducat car-
nem meam et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo
Sicut misit me vivens pater et ego vivo propter patrem. Et qui mandu-
cat me et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de celo descendit
Non sicut manducaverunt patres vestri manna in deserto et mortui sunt
Qui manducat hunc panem vivet in eternum. Hec dixit in synago-
ga docens in capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius
dixerunt. Durus est hic sermo quis potest eum audire. Sciens autem ihesus
apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis
Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius
Spiritus est qui vivificat caro non prodest quicquam. Verba que ego lo-
cutus sum vobis spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt
Sciebat enim ab initio ihesus qui essent credentes et quis traditurus eum
esset. Et dicebat propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me
nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abie-
runt retro et iam cum illo non ambulabant. Dixit ergo ihesus ad duo-
decim. Numquid et vos vultis abire. Respondit ei symon petrus Domine ad quem ibimus
verba vite eterne habes et nos credimus et cognovimus quia tu es christus filius dei

vivi

ffner

Rndit ei ihs/ Nonne ego vos xij electi/ et vn9 ex vobis dyablus
est/ Dicebat aute de iuda symois scarioth/ h' em erat tditurus
Post hec amblabat | in · ca · 7 | eu cu eet vn9 ex duodeci
ihus in galileam Noem uolebat in iudea ambulae qz
qrebat eum iudei interficere/ Erat at in pxio dies festus iu
deo⁊ scenophegia Dixerunt aut ad eu fres eius/ Trasi hic et
vade in iudeaz · ut et discipli tui videat opa tua qe facis Nemo
quippe in occulto aliqd facit/ et qrit ipe in pala ee Si hec
facis maifesta teip in mudo/ Neqz em fres eius credebat in eu
Dicit ergo eis ihus Tpus meu nodu adveni/ Tps at vrm sep
est patu · non pt mudus odisse vos/ me at odit qz testiomu
phibeo de illo/ qz opera eius mala st/ vos ascendite ad diem
festu hunc/ eo no ascendam ad die festu istu/ qz meu tpus nodu
ipletu est/ Hec cu dixisset ipe masit in galilea/ Vt aute ascederet
fres eius · tuc et ipe ascendit ad diem festu no maifeste sz qi in
occulto Judei ergo qrebat eu in die festo/ Et dicebat/ Vbi est
ille/ Et murmur multus erat de eo in turba Quidam em dicebat qz
bonus est/ Alij aute dicebat no/ sz seducit turbas/ Nemo tn pala
loqbat de illo · ppter metu iudeo⁊/ Jam aute die festo mediate

ascendit ihesus in teplu et docebat / Et mirabar iudei dicentes
Quo hic litras scit cu no didicerit Rndit eis ihesus et dixit / Mea
doctrina non est mea s3 eius q misit me / Si qs uoluerit volutate
eius facere cognoscet de doctrina vtru ex deo sit / An ego a me
ipo loqr / Qui a semetipo loqt gloria3 ppria3 querit / Qui aute
qrit gloria3 eius q misit illu hic verax est / Et iniusticia i
illo no est / Nonne moyses dedit vob legem / et nemo e
uob facit lege / Qd me qrit interficere Rndit turba et dixit /
Demoniu hes / Qs te qrit interfice / Rndit ihesus et dixit eis Vnu
opus feci. et oms miramini / ppterea moyses dedit vobis circu
sion. no qr ex moyse est / sed ex patribus et in sabbato circumcidit
hominem Si circumsion accipit ho in sabbato / ut no soluat
lex moysi / cur si michi indignamini. qr totu homine sanu feci in
sabbato Nolite iudicare scdm faciem sed iustu iudiciu iudicate
Dicebat ergo qda3 ex ierosolimis Nonne hic est que qrut interfic
Ecce pala loqr / et nil ei dicut / Nunq vere cognouerut principes qr h
est xpus Sed hunc scimus vn sit / xpus aute cu venerit nemo
scit vn sit / Clamabat ergo docens in teplo ihesus et dicens / Et
me scitis et vn sim scitis / Et a me ipo no veni / sed est verus

qui misit me quem vos nescitis Ego scio eum quia ab ipso sum
Et si dixero quia nescio eum/ ero similis vobis mendax/ Sed ego
scio eum quia ab ipso sum et ipse me misit/ Querebant ergo eum
apprehendere/ et nemo misit in illum manus quia nondum venerat hora
eius/ De turba autem multi crediderunt in eum et dicebant/ Xpus cum ve-
nerit numquid plura signa faciet quam que hic facit/ Audierunt pharisei turbam
murmurantem de illo hec/ et miserunt principes et pharisei ministros
ut apprehenderent eum/ Dixit ergo eis ihesus/ Adhuc modicum tempus
vobiscum sum/ et vado ad eum qui me misit/ Queritis me et non
invenietis/ Et ubi sum ego. vos non potestis venire/ Dixerunt ergo
iudei ad semetipsos/ Quo hic iturus est/ quia non inveniemus eum Numquid
in dispersionem gencium iturus est/ et docturus gentes/ Quis est hic sermo.
quem dixit/ Queritis me et non invenietis/ et ubi ego sum vos non
potestis venire/ In novissimo autem die magne festivitatis ihesus sta-
bat et clamabat dicens/ Si quis sitit veniat ad me et bibat/ Qui credit
in me sicut dicit scriptura. flumina de ventre eius fluent aque vive/ Hoc
autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum Nondum
erat spiritus datus quia nondum fuerat ihesus glorificatus/ Ex illa ergo hora
turba cum audisset hos sermones eius dicebant/ hic est vere propheta/ Alii di-

cebant / hic est xpus / Quidam autem dicebant / Numquid a galilea xps
venit / Nonne scriptura dicit / quia ex semine david et de bethlehem
castello ubi david erat / venit xpus / Dissensio itaque facta est in
turba propter eum Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum / sed nemo
misit super illum manus / Venerunt ergo ministri ad pontifices et pha
riseos / Et dixerunt eis illi Quare non adduxistis eum / Re
sponderunt ministri Numquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur Responderunt
ergo eis pharisei Numquid et vos seducti estis / Numquid aliquis ex principibus
credidit in eum aut ex phariseis Sed turba hec que non novit
legem maledicta est / Dicit nicodemus ad eos / ille qui venit ad eum
nocte qui unus erat ex ipsis Numquid lex nostra iudicat hominem nisi
audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat Responderunt et dixerunt
rem ad vos. Si enim ego contristo vos, et quis nos est qui me le-

tificet? Nisi qui contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi vobis ut non ii ca°

cum venero tristiciam super tristiciam habeam, de quibus oppor-

tuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium

omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi

uobis per multas lacrimas non ut contristemini. sed ut sciatis quam ca
ritatem habeam habundancius in uobis/ Si quis autem contristauit me non
me contristauit sed vos ex parte ut non onerem omnes vos. Sufficit illi
qui eiusmodi est obiurgacio hec que fit a pluribus/ ita ut econtra
magis donetis/ et consolemini/ ne forte habundanciori tristicia ab
sorbeatur qui eiusmodi est/ Propter quod obsecro vos ut confirmetis
illum caritate. Ideo enim et scripsi ut cognoscam experimentum vestri
an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis et ego
Nam et ego quod donaui/ si quid donaui propter vos in persona christi
vt non circumueniamur a sathana. Non enim ignoramus cogitaciones
eius/ Cum autem venissem troadem propter euangelium christi/ et hostium
michi apertum esset in domino/ non habui requiem spiritui meo/ eo quod
non invenerim titum fratrem meum/ Sed valefaciens eis profectus sum
in macedoniam/ Deo autem gracias qui semper triumphat nos in christo
ihesu/ Et odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco/ quia christi
bonus odor sumus deo/ in hiis qui salui fiunt/ Et in hiis qui pereunt
Aliis quidem odor mortis in mortem/ Aliis autem odor vite in vitam
Et ad hec quis tam ydoneus Non enim sumus sicut plurimi

adulterantes verbum dei sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in
Incipimus iterum nos metipsos iij cap. / xpo loquimur
comendare / aut numquid egemus sicut quidam comendaticiis epistolis ad
vos. aut ex vobis. Epistola nostra vos estis. scripta in cordibus nostris
que scitur et legitur ab omnibus hominibus / Manifestati quoniam epistola estis
xpi ministrata a nobis et scripta non atramento sed spiritu dei vivi
Non in thabulis lapideis sed in thablis cordis carnalibus / Ffi
ducia autem talem habemus per xpm ad deum non quod sufficientes simus
cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis / sed sufficientia nostra ex deo est qui et
ydoneos nos fecit ministros novi testamenti / non litera sed spiritu / litera
enim occidit spiritus autem vivificat / Quod si ministracio mortis literis de
formata in lapidibus fuit in gloria. ita ut non possent inten
dere filii israel in faciem moysi propter gloriam vultus eius que eva
cuatur quomodo non magis ministracio spiritus erit in gloria. Nam si mi
nistracio dampnacionis in gloria est multo magis habundat ministerium iusticie
in gloriam Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte
propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur per gloriam est
multo magis quod manet in gloria est / Habentes igitur talem spem

iij cap.

Multa fiducia vtim̄ / Et nō sicut moyses ponebat velame
sup faciē suā ut nō intenderēt filij isrl̄ in faciē eius / quod
euacuatur / sed obtusi sūt sēsus eorum. vsqz in hodiernū enī die
idipm velamen in lectiōe veteris testam̄ti manet nō reuelatū
qm̄ in xpo euacuat. Sed vsqz in hodiernū diem cū legitur
moyses velamen est suppositū sup cor eorum / Cum autē cōūsi
fuerit ad dnm auferet velame / Dns autē spūs est / Ubi aut
spūs domini ibi libertas Nos vero reuelata faciē glam domini
speculātes in eandē ymaginē trāsformam̄ a claritate in claritatē
Ideo habentes hāc administracōē iiij c. tanqm̄ a dnī spū.
iuxta qd miam cōsecuti sum9. nō deficim9 / sed abdicam9 occulta de
decoris. non ambulātes in astucia neqz adulterantes vbū dei
sz in manifestacōe veritat. cōmendātes nosmetipos ad omnem
cōsciam hoīm corā deo / qd et si adhuc opertū est euangm nrm i
hijs qui pereūt est opertū / in qbs deus huius seculi excecauit
mentes infideliū / ut nō fulgeat illuīacio euāgelij glie xpi q
est ymago inuisibilis dei / Non enī nosmetipos pdicamus
sed xpm ihm dnm nostrum / Nos autē seruos vros per ihm

Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen splendescere illuxit in
cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei in faciem christi ihesu/
Habemus autem thezaurum istum in vasis fictilibus ut sublimitas sit v
tutis dei et non ex nobis In omnibus tribulationem patimur/ sed non
angustiamur Aporiamur sed non destituimur/ persecutionem patimur. sed
non derelinquimur/ Deicimur sed non perimus semper mortificationem ihesu in corpore nostro circumferentes
.
diuim Semper mortificationem ihesu in corpore nostro circumferentes. ut et vita
ihesu in corporibus nostris manifestetur/ Semper enim nos qui viuimus in
morte tradimur propter ihesum/ ut et vita ihesu manifestetur in carne
nostra mortali/ Ergo mors in nobis operatur/ vita autem in vobis/ Haben-
tes autem eundem spiritum fidei sicut scriptum est/ Credidi propter quod locutus
sum ego autem/ et nos credimus propter quod loquimur/ Scientes autem
quoniam qui suscitauit ihesum et nos cum ihesu suscitabit et constituet nobis
vobiscum/ Omnia enim propter vos/ ut gratia habundans propter multos (patimur) gratiarum
actiones habundet in gloriam dei/ Propter quod non deficimus Sed licet is
qui foris est noster homo corrumpatur/ tamen is qui intus est renouatur de die
in diem/ Id enim quod in presenti momentaneum est et leue tribulationis
nostris supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis

no contemplantibus nobis que videntur sed que non videntur. Que
enim videntur temporalia sunt. que autem non videntur eterna sunt.
Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius v ca
habitationis dissolvatur quod edificationem ex deo habemus domum non
manu factam. sed eternam in celis. Nam et hoc ingemiscimus habi-
tationem nostram que de celo est superindui cupientes. si tamen vestiti
et non nudi inveniamur. Nam et qui sumus in thabernaculo
isto ingemiscimus gravati. eo quod nolumus expoliari. sed supervestiri
ut absorbeatur quod mortale est a vita. Qui autem efficit nos in hoc
xpm deus est qui dedit pignus nobis spiritus sancti. Audentes igitur
et scientes semper. quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a domino. Per fidem
enim ambulamus et non per speciem. Audemus autem et bona voluntatem
habemus magis peregrinari a corpore. et presentes esse ad dominum. Et ideo
contendimus sive absentes sive presentes placere illi. Omnes
enim nos manifestari oportet ante tribunal xpi. ut referat unus-
quisque propria corporis. prout gessit sive malum sive bonum. Scientes ergo
timorem domini hominibus suademus. deo autem manifesti sumus. Spero
autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos vobis

sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis/ ut habeatis ad eos qui
in facie gloriantur et non in corde. Sive enim mente excedimus
deo. sive sobrii sumus et nobis. Caritas enim christi urget nos/ esti-
mantes hoc/ quoniam si unus christus pro omnibus mortuus est/ ergo omnes
mortui sunt/ Et pro omnibus mortuus est christus/ ut et qui vivunt iam
non sibi vivant/ sed ei qui pro eis mortuus est et resurrexit/ Itaque
ex hoc nos neminem novimus secundum carnem/ Et si cognovimus secundum car-
nem christum sed nunc iam non novimus. Si qua ergo in christo
nova creatura est/ vetera transierunt/ Et ecce facta sunt nova
omnia autem ex deo qui reconciliavit nos sibi per christum/ Et dedit
nobis ministerium reconciliationis/ quoniam quidem deus erat in christo mundum
reconcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum/ Et posuit in nobis
verbum reconciliationis/ pro christo ergo legatione fungimur/ tamquam deo ex-
hortante per nos/ obsecramus pro christo/ reconciliamini deo/ Eum enim qui
non noverat peccatum/ pro nobis peccatum fecit/ ut nos efficeremur iustitia

Adiuvantes autem exhortamur ne v. r. dei in ipso
in vacuum gratiam dei recipiatis/ Ait enim tempore accepto exaudivi
te, et in die salutis adiuvi te/ Ecce nunc tempus acceptabile/ ecce

nunc dies salutis / Nemini dantes ullam offensionem ut non vi-
tuperetur ministerium nostrum / sed in omnibus exhibeamus nos metipsos
sicut dei ministros in multa paciencia in tribulacionibus in necessitatibus
in angustiis in plagis · in carceribus · in sedicionibus · in laboribus
in vigiliis · in ieiuniis in castitate · in sciencia · in longanimitate /
in suavitate · in spiritu sancto · in caritate non ficta · in verbo veritatis
in virtute dei / per arma iusticie a dextris et a sinistris per gloriam
et ignobilitatem / per infamiam et bonam famam ut seductores et
veraces / sicut qui ignoti et cogniti quasi morientes et ecce vivimus
ut castigati et non mortificati / quasi tristes semper autem gaudentes
Sicut egentes multos autem locupletantes · tamquam nihil habentes
et omnia possidentes / Os meum patet ad vos o corinthii · cor nostrum
dilatatum est / non angustiamini in nobis angustiamini autem in visceribus
vestris Eandem autem habentes remuneracionem / tamquam filiis dico / dila-
tamini et vos et nolite iugum ducere cum infidelibus / Que enim
participacio est iusticie cum iniquitate / Aut que societas lucis ad
tenebras / Que autem conventio christi ad belial / aut que pars
fidelis cum infidelibus / Qui autem consensus templo dei cum ydolis / vos

em estis teplu dei vivi / Sicut dt dns qm inhitabo i illis
et inter eos ambulabo / Et ero illorum dns et ipi michi erut
populus ppt qd exite de meo eorum et sepamini dt dns / Et i mu
ne tetigeritis / et ego recipia vos et ero vob in prem et vos
eritis m in filios et filias dicit dns omps vij cam

Has igit habentes pmissioes karmi mudem nos ab omni
inquinamto carnis et spus pficietes scificatoem in tiore dei
Capite nos Neminem lesimus / et neminem corrupimus et ne-
minem circumvenimus Non ad cdepnacoem vram dico / Predixi enim
q in cordibus nris estis ad commoriedu et ad convivedu / Multa m
fiducia est apud vos / Multa m gliacio pro vob. Repletus su cosola
cione / superhabudo enim gaudio i oi tribulacione vra / Nam et cu ve
nissemus macedoniam / Nullam requiem habuit caro nra. sed om
tribulacoem passi sumus. foris pugne. intus timores / Sed q cosolatur
humiles / cosolatus est nos deus in adventu titi / Non solu in ad
ventu eius / sed etia in cosolacoe q cosolatus est in vob nos referens
nobis vestrum desideriu. vestrum fletu. vram emulacoem pro me. ita ut
magis gauderem / qm et si contristavi vos in epla. no me penitet

et si penitet videns quod epistola illa . et si ad horam vos contristavit
nunc gaudeo non quia contristati estis ad penitentiam / Contristati enim es(tis)
secundum deum / ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Que enim secundum de(um)
tristicia est / penitentiam in salutem stabilem operatur / Seculi autem tristi(cia)
mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari vos . quantam in vo(bis)
operatur sollicitudinem / sed defensionem . sed indignationem . sed timorem
sed desiderium . sed emulationem sed vindictam. In omnibus exhibuistis vo(s)
incontaminatos esse negocio. Igitur et si scripsi vobis / non propter eum
qui fecit iniuriam nec propter eum qui passus est / sed ad manifestandam
sollicitudinem nostram quam pro vobis habemus coram deo . ideo consolati sumus
In consolatione autem nostra habundantius magis gavisi sumus super gau-
dio titi / quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis / Et si quid apud illum
de vobis gloriatus sum / non sum confusus / sed sicut omnia vobis in veritate
locuti sumus / ita et gloriatio nostra que fuit ad titum / veritas facta e(st)
et viscera eius habundantius sunt in vobis. Reminiscentis omnium vestram
obedientiam / quomodo cum timore et tremore excepistis eum / Gau(deo)
deo: quod in omnibus confido in vobis viij c

Notam autem facimus vobis fratres gratiam dei que data est in ecclesiis

macedonie · quia in multo experimento tribulacionis habundancia gau
dij ipsorum fuit / Et altissima paupertas eorum habundavit in divicias sim
plicitatis eorum · quia secundum virtutem testimonium illis reddo · quod super virtutem
voluntarij fuerunt cum multa exhortacione obsecrantes nos graciam
et communicacionem ministerij quod fit in sanctos / Et non sicut speravimus / sed
semetipsos dederunt primum domino / deinde nobis per voluntatem dei
ita ut rogaremus titum / ut quemadmodum cepit ita et perficiat in
vobis etiam graciam istam / Sed rogo sicut in omnibus habundatis
fide et sermone et sciencia · et omni sollicitudine insuper et caritate
vestra in nos / ut et in hac gracia habundetis / Non quasi imperans dico
per aliorum sollicitudinem etiam vestre caritatis ingenium bonum comprobans
Scitis enim graciam domini nostri ihesu cristi / quoniam propter nos egenus factus
est cum esset dives / ut illius inopia vos divites facti essetis / et
consilium in hoc do · hoc enim vobis utile est / qui non solum facere sed et vel
le cepistis ab anno priore / Nunc vero et facto perficite / ut quemad
modum promptus est animus voluntatis ita sit et perficiendi ex eo quod
habet / Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet accepta
est deo non secundum id quod non habet / Non enim dico ut alijs sit remissio /

vobis autem tribulacio · sed ex equalitate in presenti tempore vestra habundan
cia illorum inopiam suppleat / vt et illorum habundancia vestre inopie
sit supplementum · vt fiat equalitas / sicut scriptum est / Qui multum habuit
non habundauit / et qui modicum non minorauit / Gracias autem ago deo qui
dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde tyti / quoniam exhortacionem
quidem suscepit / Sed cum sollicitior esset · sua voluntate profectus est ad vos
Misimus eciam cum illo fratrem nostrum lucam cuius laus est in euangelio
per omnes ecclesias non solum eciam ordinatus est ab ecclesiis comes peregrina
cionis nostre in hac gratiam que ministratur a nobis ad dei gloriam et
destinatam voluntatem nostram / deuitantes hoc ne quis nos vituperet
in hac plenitudine que ministratur a nobis in gloriam dei / Prouidemus enim
bona · non solum coram deo / sed eciam coram hominibus / Misimus autem cum
illis et fratrem nostrum quem probauimus in multis sepe sollicitum esse
Nunc autem multo sollicitiorem / confidencia multa in nobis [vos] / siue pro tyto
qui est socius meus et in vobis adiutor: siue fratribus meis [fratres nostri] ecclesiarum
Ostensionem ergo que est karitatis ix c / apostoli glorie christi
vestre et nostre glorie pro vobis / in illis ostendite in faciem ecclesiarum Nam
de ministerio quod fit in sanctos: ex habundanti vobis est michi scribere

Capitulum ix

Scio enim promptum animum vestrum pro quo de vobis glorior apud ma
cedones / quia et achaia parata est ab anno preterito / et vestra emu
latio provocavit plurimos / Misimus autem fratres / ut ne quod gloriamur de vobis
evacuetur in hac parte / ut quemadmodum dixi parati sitis / ne cum
venerint mecum macedones et invenerint vos imparatos / erubescamus
nos in hac parte / ut non dicamus vos in hac substantia / Necessarium
existimavi rogare fratres ut preveniant ad vos et preparent / repromissam
benedictionem hanc paratam esse sic quasi benedictionem non quasi avariciam / hoc
autem dico fratres qui parce seminat parce et metet / Et qui seminat
in benedictionibus de benedictionibus et metet / Et qui seminat unus
quisque prout destinavit in corde suo / Non ex tristicia aut ex necessitate / hy
larem enim datorem diligit deus / Potens autem est deus omnem
graciam habundare facere in vobis / ut in omnibus semper omnem sufficienciam
habentes / habundetis in omne opus bonum / Sicut scriptum est / Disp
sit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi / Qui autem
administrat semen seminanti / et panem ad manducandum prestabit
et multiplicabit semen vestrum / et augebit incrementa frugum
iusticie vestre / ut in omnibus locupletati habundetis in omnem simplicitatem /

que opat' p nos gr̃ac actione deo / Qm officij misterium huius
no solum supplet ea que desut sanctis / sed etia habundat p mul
tas gratiaz actiones in dnno ppbatoz misterij huius glificates de
in obedien confessionis vre in euuo xpi et in simplicitate co
municationis vre in illos et in omnes / et in ipoz obsecratione p vobis de
siderantium vos ppter eminentem gratiaz dei in vobis Gratias ego deo sup
x. ca. Ipse aute ego paulus obsecro r ca x inenarrabili dono e
vos p mansuetudinem et modestiaz xpi: qui in facie qdz hu
sum inter vos Absens aute confido in vobis Rogo aute ne p
audeam p eam confidentiaz / qua existimor audere in qsdam, qui arbitra
nos tamquam scdm carne ambulemus / In carne enim ambulantes non
scdm carnem militamus / Nam arma militie nre no sut carnalia
sed potentia dei ad destructioz munitionum / qsilia destruentes
et omnem altitudinem extollentem se adursus scientia dei / Et in
captiuitate redigentes omnem intellectum in obsequium xpi:
et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam cu impleta
fuerit vra obediencia Que scdm faciem sut videte Si quis qfidit
sibi suud xpi se esse hoc iterum cogitet apud se / qz sicut ipse x

xpi est / ita et nos Nam et si amplius aliquid gloriatus fuero
de ptate nra quam nobis dedit dns in edificatoz / et no in destru
ctionem vram non erubescam Ut aute no existimer tamquam terrere vos
per eplas / quoniam quidem eple inquiunt graves sunt et fortes / pntia aut
infirma corporis / et smo contemptibilis / hic cogitet qui huiusmodi
est / quia quales sumus in vbo per eplas / absentes / tales et pntes i
facto Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam / qui seipsos
commendant / sed ipsi in nobis metientes nos metipsos / et compantes
nos metipsos nobis Nos aute no in immensum gloriamur / sed scdm
mensuram regule / qua mensus est nobis deus mensura ptingendi
usque ad vos Non enim quasi no ptingentes usque ad vos / superextendimus
nos Usque ad vos enim pvenimus in evangelio xpi / Non in immensum
gloriantes in alienis laboribus Spem aute habentes crescentis
fidei vre in vobis magnificari scdm regulam nram in habundantiam
etiam in illa que ultra vos in aliems gentibus sunt evangeli
zare / non in aliena regula in hijs que pparata sunt gloriari / Qui
aute gloriatur in domino glorietur Non enim qui seipsum co
mendat ille pbatus est / sed quem deus comendat / Utinam sustineretis

K Utinam sustineretis modicum quid insipiencie mee sed et
supportate me. Emulor enim vos dei emulacione. Despondi
enim vos uni viro virginem castam exhibere xpo. Timeo autem
ne sicut serpens evam sua astucia seduxit, ita corrumpantur sensus
vestri et excidant a simplicitate fidei, que est in xpo ihu domino
nostro. Nam si is qui venit alium xpm predicat, quem non predicavimus
aut alium spm accipitis quem non accepistis. Aut aliud ewangelium quod
non recepistis, recte pateremini. Existimo enim me nichil minus
fecisse in vobis a magnis apostolis. Nam et si imperitus sum ser
mone, sed non tamen sciencia. In omnibus autem manifestus sum vo
bis. Aut numquid peccatum feci meipsum humilians ut vos exaltemini
quoniam gratis ewangelium dei annunciavi vobis. Alias ecclesias expoli
avi, accipiens stipendium ad vestrum ministerium, et cum essem apud vos
et egerem nulli onerosus fui. Nam quod michi deerat suppleverunt
fratres qui venerunt a macedonia, et in omnibus sine onere vobis
me servavi et servabo. Est veritas xpi in me, quoniam hec gloriatio
non infringetur in me in regionibus achaie. Quare quia non di
ligo vos. Deus scit. Quod autem facio et faciam, ut amputem

occasionem eorum qui volunt occasionem ut in quo gloriantur et
tales inveniantur sicut et nos. Nam eiusmodi pseudo apostoli
sunt operarii subdoli transfigurantes se in apostolos christi et non mirum
ipse enim sathanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo ma-
gnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iusticie quorum finis
erit secundum opera ipsorum. Iterum dico ne quis putet me insipientem esse
alioquin velud insipientem accipite me ut et ego modicum quid glorier
quod loquor non loquor secundum deum sed quasi in insipiencia in hac substancia glorie
Quoniam multi gloriantur secundum carnem et ego gloriabor. Libenter enim suf-
fertis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos
in servitutem redigit si quis devorat si quis accipit si quis extollitur
si quis vos in faciem cedit. Secundum ignobilitatem dico quasi nos infirmi
fuerimus in hac parte. In quo quis audet in insipiencia dico audeo
et ego. Hebrei sunt et ego. Israelite sunt et ego. Semen abrahe sunt
et ego. Ministri christi sunt et ego ut minus sapiens dico plus
ego. In laboribus plurimis. In carceribus habundancius. In plagis
supra modum. In mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas
una minus accepi plagas. Ter virgis cesus sum. semel lapidatus

sum Ter naufragium feci · Nocte et die in profundo maris fui
in itineribus sepe / periculis fluminum / periculis latronum · periculis ex genere
periculis ex gentibus / periculis in ciuitate / periculis in solitudine ·
periculis in mari · periculis in falsis fratribus / In labore et erumpna · in
vigilijs multis in fame et siti / in ieiunijs multis · in frigore
et nuditate / preter illa que extrinsecus sunt / instancia mea cotidiana
sollicitudo omnium ecclesiarum / Quis infirmatur et ego non infirmor / Quis
scandalisatur et ego non vror / Si gloriari oportet / que infirmitatis mee
sunt gloriabor / Deus et pater domini nostri ihesu xpi / scit quod est bene
dictus in secula quod non mentior / Damasci prepositus gentis a. rethe
regis custodiebat ciuitatem damascenorum / vt me comprehenderet / et
per fenestram in sporta dimissus sum per murum / Et sic effugi manus

Capitulum xii

eius Si gloriari oportet non expedit quidem veniam autem ad visiones
Scio hominem in xpo ante xiiij et reuelationes domini
annos quatuordecim siue in corpore nescio / siue extra corpus nescio
deus scit raptum huiusmodi vsque ad tercium celum / Et scio huiusmodi hominem
siue in corpore nescio · siue extra corpus nescio deus scit / quoniam rap
tus est in paradisum / Et audiuit archana verba · que non licet homini

loqui. pro huiusmodi gloriabor. pro me autem nichil gloriabor nisi
in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari non ero insipiens
veritatem enim dicam. parco autem ne quis me existimet supra id quod videt
in me. aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo revelacionum ex-
tollat me. datus est michi stimulus carnis mee. Angelus sathane
ut me colaphiset. propter quod dominum ter rogavi ut discederet a me
et dixit michi. Sufficit tibi paule gratia mea. Nam virtus in infirmitate
perficitur. libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in
me virtus christi. propter quod placeo michi in infirmitatibus meis
in contumeliis in necessitatibus. in persecucionibus in angustiis pro christo.
Cum enim infirmor. tunc potens sum. factus sum insipiens. vos me
coegistis. Ego enim debui a vobis commendari. nichil enim feci minus
ab hiis qui sunt supra modum apostoli. Tamen et si nichil sum. signa tamen
apostoli facta sunt super vos in omni paciencia. signis et prodigiis et vir-
tutibus multis. Quid est enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis nisi
quod ego ipse non gravavi vos donate michi hanc iniuriam. xiii c

Ecce ego hoc tercio paratus sum venire ad vos. et non ero gra-
vis vobis. Non enim quero que vestra sunt. sed vos. Non enim debent

pntibꝰ filij thezaurizare / sed pntes filijs / Ego autem libentissime
impendar et sup impendar ipe p animabꝰ vris / licet plꝰ vos di
ligens minꝰ diligar a vob / Sed esto ego non gravavi vos / sed
cum essem astutꝰ dolo vos cepi / Nunquid per aliquem illoꝝ quos misi ad vos
circumveni vos / Rogavi tytum et misi fratrem cum illo
Nunquid tytus circumvenit vos / Nonne eodem spiritu ambulavimus · Nonne eisdem
vestigijs / Olim putatis quod excusemus nos apud vos / Coram deo in
xpo loquimur / Omnia autem karissimi hec propter vestram edificacionem
Timeo enim ne forte cum venero non quales volo inveniam vos
et ego inveniar a vobis qualem me non vultis · Ne forte contenciones
emulaciones · animositates · dissensiones · detractiones · susurracio
nes / inflaciones sediciones · sint inter vos · Ne iterum cum venero
humiliet me deus apud vos · et lugeam multos ex hijs qui antea
peccaverunt / et non egerunt penitenciam super inmundicia · et fornicacione
Cap. xiii
et inpudicicia qua gesserunt / Ecce tercio hoc venio ad vos / Ut
in ore duorum uel trium testium stabit omne verbum / predixi et predico
ut presens vobis et nunc absens / hijs qui ante peccaverunt / et ceteris
omnibus quoniam si venero iterum non parcam / An experimentum queritis eius

qui in me loquitur xpi/ q in vobis non infirmatur sed potens est
in vobis/ Nam et si crucifixus est ex infirmitate mea. sed vivit ex
virtute dei in vobis/ Vos metipsos temptate/ si estis in fide/ ipsi vos
probate/ an non cognoscitis vos ipsos quia xpus ihus in vobis est nisi
forte reprobi estis Spero autem quod cognoscitis quia nos non sumus re
probi/ Oramus autem deum ut nichil mali faciatis/ Non ut nos pro
bati appareamus/ sed ut vos quod bonum est faciatis/ Nos autem ut reprobi
simus Non enim aliquid possumus adversus veritatem sed pro veritate Gau
demus enim quoniam nos infirmi sumus/ vos autem potentes estis. Hoc
et oramus vestram consummationem/ Ideo hec absens scribo. ut non
presens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit michi in edi
ficationem vestram. et non in destructionem/ De cetero fratres gaudete/ perfecti
estote. exhortamini consolamini. idem sapite. et pacem habete/ Deus
pacis et dilectionis et consolationis erit vobiscum Salutate invicem osculo
sancto/ Salutant vos omnes sancti Gratia domini nostri ihu xpi/ Et ca
ritas dei et communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus vobis / amen

Explicit ij epistola
ad Chorinthios
Incipit argumentum in epistolam
ad Gallathas

Galathe sunt greci. Hii verbum veritatis
primum ab apostolo acceperunt/ sed post discessum eius temp

Marginal gloss: virtute dei Nam et nos infirmi sumus in illo sed vivemus cum illo ex virtute :-

Interlinear: satis / met

Vertical note in right margin: Explicit ... in epistolam ad gallathas

temptati sunt a filiis aplis. ut in lege et circumcisione ne venirent
hos revocat aplus ad fidem veritatis scribens eis ab epheso

Incipit epistola pauli ad Gallathas capitulum pm

Paulus aplus non ab
hominibus neque per hominem sed per ihm xpm et deum
patrem qui suscitavit eu a mortuis et qui mecum sunt fres ecclie
galathie Gra vobis et pax a deo patre et dno ihu xpo qui
dedit semetipm pro peccatis nris ut eriperet nos de pnti seculo neq
sed voluntatem dei et pris nri; cui est honor et gla in scla sclor
amen. Miror quod sic tam cito transferimini abeo qui vos vocavit in
gram sua in aliud evangelium quod non est aliud nisi aliqui sunt qui vos con
turbant et volunt subvertere evangelium xpi. Sed licet nos aut an
gelus de celo evangelizaret vobis preter illud quod evangelizavimus
vobis anathema sit sicut predixi et nunc iterum dico. Si quis evangeli
zaverit vobis preter id quod accepistis anathema sit. Modo enim hominibus
suadeo an deo. aut quero placere hominibus. Si adhuc hominibus
placerem xpi servus non essem. Notum enim vobis facio fratres evangelium
quod evangelizatum est a me quia non est secundum hominem Neque enim ab
homine accepi illud neque didici sed per revelationem ihu xpi

Ad gallathas

Audistis enim conuersacionem meam aliquando in iudaysmo / quoniam supra modum
persequebar ecclesiam dei / et expugnabam illam et proficiebam in iudaysmo
super multos coetaneos meos in genere meo / habundancius emu-
lator existens paternarum mearum tradicionum / Cum autem placuit
illi qui me segregauit de utero matris mee. et vocauit me per graciam
suam vt reuelaret filium suum in me ut euangelisarem illum in gen-
tibus / Continuo non acquieui carni et sanguini. neque veni ierusalem
ad antecessores meos apostolos / sed abyi in arabiam / et iterum re-
uersus sum damascum / Deinde post annos tres veni ierusalem
videre petrum / et mansi apud eum diebus quindecim / Alium autem apostolorum
neminem vidi / nisi Jacobum fratrem domini / Que autem scribo vobis / ecce
coram deo testor quia non mentior / Deinde veni in partes syrie et cilicie
Eram autem ignotus facie / ecclesiis iudee que erant in xpo / Tantum
autem auditum habebant / quoniam de me qui persequebatur nos aliquando nunc euangeli-
zat fidem quam aliquando expugnabat / et in me clarificabant deum

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi ierusalem iterum cum
barnaba assumpto et tyto / Ascendi autem secundum reuelacionem
et contuli cum illis euangelium dei quod predico in gentibus / Seorsum autem

cu his q videbat aliq ee ne forte in vacuu curre. aut cucurisse
Sed neqz tytus q mecu erat, cu eet gentilis cpulsus est circu-
cidi, ppter subintroductos falsos fres. q subintroierunt explorare
libtate nram qua hem9 in xpo ihu, ut nos in suitute legis re-
digeret, quibus nec ad hora cessim9 subiectoni. vt veritas evan'
pmaneat apud vos. Ab hijs aute qui videbat esse aliq. quales
aliqn fuerit nichil mea interest. Deus em psona homis
no accipit. Michi em qui videbat ee aliq nichil cotulerut.
Sz et cc tu vidissent q creditu est m evan' pputii. sicut et petro circu-
cisionis. Qui em opat9 est petro in aplatu circucisio. opat9
est et michi int gentes. Et cu cognovissent gram dei q data est
m. iacob9 et cephas et iohes q videbat colupne ee. dextras de-
derut m socie et barnabe, vt nos i getes, ipi aute i circucisione.
tm vt paupu memores essem9. q etia sollicit9 fui. etia hoc
ipm facere. Cu aute venisset cephas anthiochiam in facie
ei restiti, qz rephensibilis erat. Prius em q veniret qda
a iacobo. cum gentib9 edebat. Cu aute venisset, subtrahebat
et segregabat se times eos qui ex circucisione erat. et simula-

cum eius consenserunt ceteri iudei ita ut et barnabas duceba[tur]
ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem quod non recte ambula-
rent ad veritatem evangelii, dixi cephe coram omnibus. Si tu cum iudeus sis
(vivebas) (ante)
gentiliter vivis et non iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare. Nos natura
iudei et non ex gentibus peccatores, scientes autem quod non iustificatur homo
ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Quod si querentes
iustificari in xpo inventi sumus et ipsi peccatores, numquid xpus minister
peccati est. Absit. Si enim que destruxi, hec iterum edifico, prevaricatorem
(veteri)
me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum ut deo vivam
xpo confixus sum cruci. Vivo autem iam non ego, vivit vero in me
xpus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii dei, qui dilexit
me et tradidit semetipsum pro me. Non abicio gratiam dei. Si enim
per legem iusticia, ergo cristus gratis mortuus est. iii c
O insensati galate quis vos fascinavit non credere veritati ante quorum
oculos xpus ihesus proscriptus est, et in vobis crucifixus est. Hoc solum a vobis
(an)
volo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei
sic stulti estis, ut cum spiritu ceperitis nunc in carne consummamini. Tanta
passi estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum et operatur

iii cap

in nobis virtutes ex operibus legis an ex auditu fidei. Sicut scriptum
est. Credidit abraham deo et reputatum est ad iusticiam illi.
Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt hii filii sunt abrahe. Providens autem
scriptura quia ex fide iustificat gentes deus prenunciavit abrahe quia
benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicentur
cum fideli abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt sub maledicto sunt.
Scriptum est enim maledictus omnis qui non permanserit in omnibus que scripta
sunt in libro legis ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur
apud deum manifestum est quia iustus ex fide vivit. Lex autem non est ex
fide sed qui fecerit ea vivet in illis. Christus nos redemit de maledicto
legis factus pro nobis maledictum quia scriptum est maledictus omnis qui
pendet in ligno ut in gentibus benedictio abrahe fieret in Christo
Ihesu ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Fratres secundum hominem dico
tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Abrahe
dicte sunt promissiones et semini eius. Non enim dicit et seminibus
quasi in multis sed quasi in uno et semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum
confirmatum a deo quod post quadringentos et triginta annos facta est lex non
irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas

Jum no ex pmissioe / Abrahe aute p repromissiom donau
deus / Qd igit lex / pter transgressiom posita est / donec veniret
seme cui pmiserat / ordiata p angelos in manu mediatoris /
Mediator aute vnius non est / deus aute vnus est / lex g° adv:
sus promissa dei / Absit / Si em data eet lex que posset vi
uificare / vere ex lege eet iusticia Sed conclusit scriptura oia
sub pcto · vt pmissio ex fide ihu xpi daretur credentibus / Prius
aute q̄ veniret fides sub lege custodiebamur · conclusi in eam
fidem que reuelanda erat / Itaq̄ lex pedagogus nr fuit in xpo
vt ex fide iustificemur · At vbi venit fides / iam non sub peda
gogo sumus / Omnes em filij dei estis / p fidem que est in xpo
ihu / Quicunq̄ in xpo baptisati estis / xpm induistis Non e em
iudeus neq̄ grecus · no est seruus neq̄ liber / no est masculus neq̄
femina · Omnes em uos vnu estis in xpo ihu Si aut uos xpi
ergo seme abrahe estis scdm pmissionem heredes IIII c
Dico aute / q̄to tpe heres paruulus est nichil differt a
seruo cu sit dns om / sed sub tutoribus et actoribus est usq̄ ad
pfinitum tpus a patre / Ita et nos cu eemus paruuli sub elemet

mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis misit
deus filium suum natum ex muliere factum sub lege, ut eos qui
sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum dei reciperemus. Quoniam
autem estis filii dei, misit deus spiritum filii sui in corda vestra cla-
mantem Abba pater. Itaque iam non est servus, sed filius. Quod si filius
et heres per deum. Sed tunc quidem ignorantes deum, hiis qui natura
non sunt dii serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis deum, immo cogniti
sitis a deo, quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus
denuo servire vultis. Dies observatis et menses et tempora et
annos. Timeo autem vos ne forte sine causa laboraverim in
vobis. Estote sicut ego, quia et ego sicut vos. Fratres obsecro vos,
nichil me lesistis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi
vobis iam pridem, et temptationem vestram in carne mea non sprevistis
neque respuistis, sed sicut angelum dei excepistis me, et sicut Christum
Ihesum. Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis,
quia si fieri posset oculos vestros eruissetis et dedissetis michi. Ergo
inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? Emulantur vos non bene, sed
excludere vos volunt, ut illos emulemini. Bonum autem emulamini

in bono semper et non tantum cum presens sum apud vos Filioli mei
quos iterum parturio donec reformetur xpus in vobis Vellem autem
esse apud vos modo et mutare vocem meam quia confundor in vobis
Dicite michi qui sub lege vultis esse legem non legistis Scriptum
est quoniam abraham duos filios habuit unum de ancilla et unum
de libera. sed qui de ancilla secundum carnem natus est qui autem de libera
per repromissionem que sunt per allegoriam dicta Hec enim sunt duo te-
stamenta. unum quidem in monte syna in servitutem generans que est
agar Syna enim mons est in arabia qui coniunctus est ei que nunc
est ierusalem et servit cum filiis suis Illa autem que sursum est ierusalem libera
est que est mater nostra Scriptum est enim letare sterilis que non
paris erumpe et clama que non parturis quia multi filii deserte
magis quam eius que habet virum Nos autem fratres secundum ysaac pro-
missionis filii sumus Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus
fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum ita et nunc. Sed quid dicit scriptura
Eice ancillam et filium eius Non enim heres erit filius ancille cum
filio libere Itaque fratres non sumus ancille filii sed libere qua libertate
State et nolite iterum subiugo v. r. xpus nos liberavit

seruitutis contineri. Ecce ego paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini
xpus vobis nichil proderit. Testificor autem rursus omni homini circum-
cidenti se quoniam debitor est uniuerse legis faciende. Euacuati enim
estis a xpo qui in lege iustificamini a gratia excidistis. Nos enim spiritu
ex fide spem iustitie expectamus. Nam in xpo ihu neque circumcisio
aliquid valet, neque preputium. sed fides que per dilectionem operatur. Cur-
rebatis bene, quis vos [impediuit] fascinavit veritati non obedire. Nemini consenseritis.
Persuasio enim hec non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum
totam massam corrumpit. Ego confido de vobis in domino quod nichil
aliud sapietis. Qui autem conturbat vos portabit iudicium, quicumque est
ille. Ego autem fratres si circumcisionem adhuc predico, quid adhuc persequor?
[patiar] patior. Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam et abscindantur
qui vos conturbant. Nemini consenseritis. Vos enim in libertatem vocati estis
fratres [mei]. Tamen ne libertatem vestram in occasionem detis carnis, sed per
caritatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur.
Diliges proximum [tuum] sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis et come-
ditis, videte ne ab inuicem consumamini. Dico autem in xpo [ihu] spiritu am-
bulate. et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus

spm. spus autē adv'sus carnē. Hec autē sibi invicē adv'sant:
vt no quecūq; vultis illa faciatis. Q si spū ducimini. Non estis sb
lege. Manifesta autē sut opa carnis. que sut fornicatio. im
pudicicia. inmūdicia. avaricia. ydolor' servitus. veneficia
inimicicie. contencōnes. emulacōnes. ire. rixe. dissensiones. secte
invidie. homicidia. ebrietates. et comessacōes. et hijs silia q
pdico vobis. qm q talia agut regnū dei no ɔsequet'. Fructꝰ
autē spus est. caritas. gaudiū. pax. longanimitas. paciēcia. boni
tas. benignitas. mansuetudo fides. modestia ɔtinēcia. ca
stitas. Adversus huiusmoi lex no est. Qui autē sut xpi. carnē
Cam vi
suā crucifixerūt cū vicijs et ɔcupiscētijs. Si vivimꝰ spū. spū
et ambulemꝰ. Non efficiamur inanis glīe cupidi. invicem
provocantes. invicē invicē invidentes. Fr̄es et si pocupatꝰ fuit
hō in aliquo delicto. vos qui spūales estis. instruite huiusmōi
in spū lenitat. considerās teipm ne et tu tēpteris. Alt' alti'
onera portate. et sic adimplebitis legem xpi. Nā si quis exi
stimat se aliqd ee cū nichil sit. ipe se seducit. Opus autē suū
probet vnusquisq; et sic in semetipo tm gloriam hebit. et no

in altero. Unus quisque enim onus suum portabit. Communicet autem
his qui cathezizatur verbum ei qui se cathezizat in omnibus bonis. No
lite errare deus non irridetur. Que enim seminaverit homo hec et
metet. Quoniam qui seminat in carne sua de carne et metet cor
ruptionem. Qui autem seminat in spiritu. de spiritu et metet vitam eter
nam. Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore enim suo me
temus non deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum
ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus litteris
scripsi vobis mea manu. Quicumque enim volunt placere in carne
hii cogunt vos circumcidi tantum. ut christi crucis persecutionem non
patiantur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt. sed vos volunt
circumcidi ut in carne vestra glorientur. Michi autem absit gloriari nisi
in cruce domini nostri ihesu christi. per quem michi mundus crucifixus est. Et ego
mundo. In christo enim ihesu neque circumcisio aliquid valet. neque prepu
tium sed nova creatura. per fidem ihesu christi. Et quicumque hanc regulam
fidei secuti fuerint. pax super illos. et misericordia super israel dei. De cetero
nemo michi molestus sit. Ego autem stigmata domini ihesu
in corpore meo porto. Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu vestro fratres amen

Cum aute ostitucoes mudi electi et pdestiati sut sci et sorte
vocati de spu sco q est pignus hereditat nre nre et qr no cessauit
orare p ephesijs/ qr xpus sit omem principatum et vtutez

Ephesij sunt asyani Incipit argm in eplam ad Ephes
hij accepto vo uitat pstiterut in fide/ hos collaudat aplus
scribens eis a roma de carcere per tytitum dyaconum

Paulus aplus ihu xpi p Incipt epla pauli ad Ephes
volutatez dei sctis omnibg q sut ephesi; et fidelibus
in xpo ihu/ Gra vobis et pax a deo pre nro et domino
ihu xpo. Benedictg deus et pater dni nri ihu xpi: qui bne-
dixit nos in omi bnedictone spuali in celestibg in xpo/ Sicud
elegit nos in ipo ante mudi constitutom ut essemg sci et i-
maculati in conspectu eius in caritate/ Qui pdestiauit nos
in adoptoem filiorum p ihm xpm in ipm/ scdm pposita volutat
sue: in laude glie et gre sue. in q gratificat nos in dilco filio suo.
In quo habemg redeptom p sanguinem eius in remissionem
pctorum scdm diuitias gre eius/ que supbundat in nos in omi
sapia et pdentia/ ut notu facet nobis sacrametu volutatis

Incipt epla pauli ad Ephesios

sue / secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo in dispensacione
plenitudinis temporum instaurare omnia in xpo / que in celis / et que
in terra sunt in ipso / In quo etiam nos sorte vocati sumus / predestinati
secundum propositum eius qui omnia operatur secundum consilium voluntatis
sue / ut simus in laudem glorie eius / nos qui ante speravimus in xpo
In quo et vos cum audissetis verbum veritatis evangelium sa
lutis vestre / In quo et vos credentes signati estis spiritu promissio
nis sancto / qui est pignus hereditatis nostre / et redempcionem adquisitionis
in laudem glorie ipsius / propterea et ego audiens fidem vestram que est
in domino ihesu . et dilectionem in omnes sanctos . Non cesso gratias agens
pro vobis / memoriam vestri faciens in oracionibus meis . ut deus domini
nostri ihesu xpi pater glorie / det vobis spiritum sapiencie et revelacionis
in agnicionem eius / illuminatos oculos cordis vestri / ut sciatis que sit
spes vocacionis eius / et que divicie glorie hereditatis eius in sanctis
eius et que sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus
secundum operacionem potencie virtutis eius quam operatus est in xpo re
suscitans eum a mortuis . et constituens eum ad dexteram suam in
celestibus . supra omnem principatum et potestatem et virtutem . et dominacionem

et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro
Et omnia subiecit sub pedibus eius. et ipsum dedit caput super omnem
ecclesiam que est corpus ipsius et plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplebit
Et vos vivificavit cum essetis mortui in delictis. et in peccatis ij c
vestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum huius mundi et secundum
principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios diffi
dentie in quibus aliquando et nos omnes conversati sumus in desideriis carnis
nostre facientes voluntatem carnis et cogitationum et eramus natura
filii ire sicut et ceteri. Deus autem qui dives est in misericordia propter
nimiam caritatem suam qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis
et convivificavit nos in christo cuius gratia salvati estis. et conresusci
tavit et consedere fecit in celestibus in christo ihesu. ut ostenderet
in seculis supervenientibus habundantes divitias gratie sue in bonitate
super nos in christo ihesu. Gratia enim salvati estis per fidem et hoc non ex vobis
dei enim donum est non ex operibus ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus
factura creati in christo ihesu in operibus bonis que preparavit deus ut in
illis ambulemus. Propter quod memores estote quod aliquando vos gentes
gentes in carne qui dicebamini preputium ab ea que dicitur circumcisio

in carne manu facta. qui eratis in illo tempore sine xpo. alienati a
conuersatione isrl. et hospites testamentorum promissionis eius spem non
habentes. et sine deo in hoc mundo. Nunc autem in xpo ihu vos qui
aliquando eratis longe: facti estis prope in sanguine xpi. Ipse est
enim pax nostra qui fecit vtraque vnum: et medium parietem mace
rie soluens inimicicias in carne sua: legem mandatorum decretis
euacuans, ut condat duos in semetipso in vnum nouum hominem
faciens pacem, ut reconciliet ambos in vno corpore deo per crucem
interficiens inimicicias in semetipso. et veniens euangelizauit pacem
vobis qui longe fuistis et pacem hiis qui prope. quoniam per ipsum habemus
accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Ergo iam non estis hospi
tes et aduene, sed estis ciues sanctorum et domestici dei superedificati
super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide
xpo ihu in quo omnis edificatio constructa crescit in templum
sanctum in domino, in quo et vos coedificamini in habitaculum

Huius rei gratia ego paulus vinctus iij c dei in spiritu sancto
xpi ihu pro vobis gentibus. Si tamen audistis dispensationem gratie dei que
data est michi in vobis. quoniam secundum reuelationem notum michi

factum est sacramentum / sicut supra scripsi in brevi / prout potestis le-
gentes intelligere prudenciam meam in misterio xpi / quod aliis
generacionibus non est agnitum filiis hominum / sicuti nunc revelatum
est sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu sancto / esse gentes coheredes et con-
corporales et comparticipes promissionis eius in xpo ihesu / per evangelium
cuius factus sum ego minister secundum donum gracie dei / que data est mihi
secundum operacionem virtutis eius. Michi autem minimo omnium sanctorum data est
gracia hec / in gentibus evangelizare investigabiles divicias xpi /
et illuminare omnes que sit dispensacio sacramenti absconditi a seculis in
deo qui omnia creavit / ut innotescat principibus et potestatibus in celestibus
per ecclesiam multiformis sapiencia dei / secundum prefinicionem seculorum / quam
fecit in xpo domino nostro ihesu / in quo habemus fiduciam et accessum
in confidencia per fidem eius / propter quod peto ne deficiatis in
tribulacionibus meis pro vobis / que est gloria vestra / huius rei gracia /
flecto genua mea ad patrem domini nostri ihesu xpi. Ex quo omnis pa-
ternitas in celis et in terra nominatur / ut det vobis secundum divicias glorie
sue virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem. habitare xpm
per fidem in cordibus vestris in caritate radicati et fundati ut possitis comprehendere

cum omnibus sanctis que sit longitudo et latitudo et sublimi-
tas et profundum. scire etiam supereminentem sciencie caritatem xpi ut
impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens
est omnia facere superhabundanter quam petimus aut intelligimus secundum
virtutem que operatur in nobis. ipsi gloria in ecclesia et in xpo ihesu
et in omnes generationes seculi seculorum amen. iiii

Obsecro itaque vos fratres ego vinctus in domino ut digne am-
buletis in vocatione qua vocati estis. cum omni humilitate et man-
suetudine. cum patientia supportantes invicem in caritate. solliciti
servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus
spiritus sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. unus dominus
una fides unum baptisma unus deus. Et pater omnium qui super
omnes est et per omnia et in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum
data est gratia secundum mensuram donationis xpi. propter quod dicit
Ascendens in altum captivam duxit captivitatem. Dedit dona
hominibus. Quod autem ascendit. quid est nisi quod descendit primum
in inferiores partes terre. Qui descendit ipse est qui et ascendit super
omnes celos ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos

quosdam autem prophetas / alios autem evangelistas / alios autem
pastores et doctores ad consummationem sanctorum / in opus ministerii
in edificationem corporis christi / donec occurramus omnes in unitate fidei
et agnitionis filii dei / in virum perfectum in mensuram etatis pleni-
tudinis christi. ut iam non simus parvuli fluctuantes et circumfera-
mur omni vento doctrine / in nequitia hominum / in astutia ad circumventionem
erroris / veritatem autem facientes in caritate crescamus in illo per omnia
qui est caput christus ex quo totum corpus compactum et connexum
per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem et mensuram
uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in edificationem
sui in caritate / Hoc igitur dico et testificor in domino: ut iam
non ambuletis sicut ambulant gentes in vanitate sensus sui
tenebris obscuratum habentes intellectum / alienati a via dei per
ignorantiam que est in illis propter cecitatem cordis illorum / qui despe-
rantes semetipsos tradiderunt impudicitie / in operationem immunditie
omnis in avaritia / vos autem non ita didicistis christum / si tamen
illum audistis / et edocti estis in ipso / sicut est veritas in ihesu deponere
vos secundum pristinam conversationem veterem hominem qui corrumpitur

sed desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre et in
duite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia et
sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini ve
ritatem vnusquisque cum proximo suo quoniam sumus inuicem membra
Irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam
vestram. Nolite locum dare dyabolo. Qui furabatur iam non furetur
magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est vt
habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore
vestro non procedat sed si quis bonus est ad edificationem fidei. ad
hoc ut det graciam audientibus. Et nolite contristare
spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redempcionis. Omnis amari
tudo et ira indignatio et clamor et blasfemia tollatur a vobis
cum omni malicia. Estote autem inuicem benigni misericordes donan
tes inuicem sicut deus in christo donauit nobis. V. capitulum
Estote ergo imitatores dei sicut filii karissimi et ambula
te in dilectione sicut et christus dilexit vos et tradidit semetipsum
pro vobis oblacionem et hostiam deo in odorem suauitatis. Forni
cacio autem et omnis inmundicia aut auaricia nec nominetur

scos

in vobis sicut decet scos aut turpitudo aut stultiloquium aut scur-
rilitas que ad rem non pertinet sed magis gratiarum actio. Hoc enim sci-
tote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus
quod est ydolorum servitus non habet hereditatem in regno xpi et dei
Nemo vos seducat inanibus verbis propter hec enim venit ira dei
in filios diffidentie. Nolite ergo fieri participes eorum. Eratis enim
aliquando tenebre nunc autem lux in domino ut filii lucis ambulate
fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia et veritate
probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus
infructuosis
infructuosis tenebrarum. magis autem redarguite. Que enim in
occulto fiunt ab ipsis turpe est etiam dicere. Omnia enim que arguuntur
a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est propter
quod dicit Surge qui dormis et exurge a mortuis et illumina-
bit te xpus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes
~~[illegible]~~ sed ut sapientes. Redimentes autem tempus quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri imprudentes sed intelligentes que sit voluntas dei
bona et beneplacens et perfecta. Et nolite inebriari vino in
quo est luxuria. sed implemini spiritu sancto loquentes vobis metipsis

in psalmis et ympnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri ihesu xpisti deo et patri Subiecti invicem in timore xpisti Mulieres viris suis subiecte sint sicut domino quoniam vir caput est mulieris sicut xpistus caput est ecclesie Ipse salvator corporis eius Sed sicut ecclesia subiecta est xpisto ita et mulieres viris suis in omnibus Viri diligite uxores vestras sicut xpistus dilexit ecclesiam et semetipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret mundans eam lavacro aque in verbo vite ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi sed ut sit sancta et inmaculata Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua quia qui suam uxorem diligit corpus suum diligit Nemo enim umquam carnem suam odio habuit sed nutrit et fovet eam sicut xpistus ecclesiam quia membra sumus corporis eius de carne eius et de ossibus eius Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una Sacramentum hoc magnum est Ego autem dico in xpisto et in ecclesia Verumtamen et vos singuli uxorem suam sicut seipsum diligat

diligat / uxor autem timeat virum suum. Sextum cap

Filii obedite parentibus vestris in domino. hoc enim iustum est. Honora patrem tuum et matrem tuam, quod est primum mandatum in promissione ut bene sit tibi, ut sis longevus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione domini. Servi obedite dominis carnalibus cum omni timore et tremore in simplicitate cordis vestri, sicut christo. non ad oculum servientes quasi hominibus placeatis, sed ut servi christi facientes voluntatem christi ex animo, cum bona voluntate servientes sicut domino et non hominibus, scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc recipiet a domino deo. sive servus sive liber. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas, scientes quia et illorum et vester dominus est in celis. Et non est personarum acceptio apud deum. De cetero fratres confortamini in domino et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei ut possitis stare adversus insidias diaboli. quia non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates. adversus mundi rectores tenebrarum harum. contra spiritualia nequitie in celestibus. Propterea

accipite armaturā dei ut possitis resistere in die malo et in
omnibus pfecti stare. State ergo succincti lumbos vr̄os in ve
ritate et induite loricam iustitie. et calceati pedes in prepa
ratione evangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei in q°
possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. et galeā
salutis assumite. Et gladium sp̄us. quod est v̄m dei. p omnem
orōn et obsecratōz orantes omni t̄pe in sp̄u et in ipo vigila
tes in omi instantia. et obsecratone. p omnibus sanctis et p
me ut detur michi sermo in a̧pcione oris mei cum fiducia
notum facere misterium evangelij. p quo legatone fungor in
cathena. ita ut in ipo audeam put oportet me loqui. sed v̄m
non ēt alligatum. Ut autē et vos sciat̄ que circa me sunt. q̄d agā
oīa vob nota faciet tythicus. karissim⁹ fr̄ et fidelis minister
in dn̄o. quē misi ad vos in h̄ ipm ut cogñstat̄ que circa nos
s̄t et consolet̄ corda vr̄a. Pax frib⁹ et caritas cum fide a
deo p̄re nr̄o et dn̄o ihū xp̄o. Gr̄a vobis cū oib⁹ q̄ dilig̃it
dnm nr̄m ihm xp̄m in incorruptone. Item incipit
argumentum beati Jeronimi in ep̄lam ad philipp̄

Ad philippen

Philipenses sunt macedones. hij accepto vbo veritatis pstiterunt in fide nec recepenut falsos aplos. hos collau dat aplus scribens eis a roma de carcere per epafroditum

Paulus et thimotheus servi Incipit epla ad philippen ihu xpi omnibus scis q sc in xpo ihu q sc philippis cu epis et dyaconibus gra vob et pax a deo pre nro et domino ihu xpo Gras ago deo meo in omni memoria uri sp i cuctis oro nibus meis pomnibus vobis cu gaudio deptacoz facies super comunicatione vra et in evvangelio xpi a pma die usq nunc confidens hoc ipm qr q cepit in uob opus bonu pficiet usq in diem ihu xp sicut e mi iustu hoc sentire pomib vobis eo q heam vos in cor de et in vinculis meis et in defensioe mea et cofirmacoe evvang sotios gaudij mei uos oms ee Testis em est michi deus quo cupia vos omes in visceribus ihu xp. et hc oro ut caritas vra mag ac mag habundet i oi scia et in omi sensu Vt pbetis potiora. vt sitis sinceri et sine offensa in diem xpi repleti fructu iustitie p ihm xpm in gliam et laudem dei Scire aut uos uolo fres. quia q circa me sut mag ad pfectum pvenerut evvangelij ita ut vinla

mea fierent manifesta in christo in omni pretorio et in ceteris omnibus et
ut plures de fratribus in domino confidentes in vinculis meis habundan-
tius auderent sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem et propter
invidiam et contentionem quidam autem et propter bonam voluntatem
christum predicant quidam ex caritate scientes quoniam in defensionem ewangelii
positus sum quidam autem ex contentione christum annunciant non sincere
existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim
dum omni modo sive per occasionem sive per veritatem christus annunciet in hoc
gaudeo sed et gaudebo scio enim quia hoc michi proveniet in salutem
per vestram orationem et subministrationem spiritus ihesu christi secundum expectationem et spem
meam quia in nullo confundar sed in omni fiducia sicut semper et nunc magni-
ficabitur christus in corpore meo sive per vitam sive per mortem. Michi enim
vivere christus est et mori lucrum quod si vivere in carne hic fructus
michi operis est. Et quid eligam ignoro. Coartor autem de duobus
desiderium habens dissolvi et esse cum christo multo magis melius est permanere autem
in carne magis necessarium est propter vos. Et hoc confidens scio quia ma-
nebo et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum et gaudium fidei
ut gratulatio vestra habundet in christo ihesu in me et per meum adventum

penses

fuit⁊ itaq̄ ad vos / tm̄ digne ewn̄º xp̄i q̄usa/m̄ / ut siue venero
et viđđ vos siue absens / audiā de vobis q̄ꝫ stat̄ in vno sp̄itu
vnanimes / ꝯlaborātes in fide ewn̄y. et in nullo terramini ab adu'sa
riis / que est illis causa ꝑditionis vobis aute salutis et hoc a deo
q̄ꝫ nobis donatū est ꝑ xp̄o / nō solū ut in eum credatis / sed ut
etiā ꝑ illo patiamini idem certame hentes q̄le et vidistis in
Si qua ergo ꝯsolatio scđi capitulum me et nūc audistis de me
in xp̄o si quod solaciū caritatis / si q̄ societas sp̄us / si q̄ viscera
miſatonis implete gaudiū meū ut idē sapiatis / eandē caritate
hentes vnanimes idipm sencientes. nichil ꝑ contentōn agentes neq̄ꝫ
ꝑ inanem gl̄iam / sed ꝑ humilitate. supiores sibi inuicē arbitrā
tes / nō que sūt sua singuli ꝯsiderantes / sed ea que aliorū / hoc eni
sentite in vobis quod et in xp̄o ihū / q̄ cū in forma dei eet nō
exinanivit
rapinā arbitrat⁹ est ee se eq̄lem deo sed semetipm̄ exinani
uit forma͞ s'ui accipiens / in similitudiem hom̄ factus / et habitu i
ventus ut homo / humiliat semetipm̄ fact⁹ obediens deo patri vsq̄ꝫ
ad morte. morte aute crucis / ꝓpt' q̄đ et de⁹ exaltauit illū / et donauit
illi nome quod est sup omne nom̄ / vt in nōe ihū oē genu flectat

celestiu terrestriu et infernor(um) Et omis lingwa confiteat(ur) q(uia)
d(omi)n(u)s n(oste)r ihesus xp(istu)s est in gl(ori)a dei p(at)ris Itaq(ue) f(rat)res k(arissi)mi mei obe
dite deo sicut s(em)p(er) obedistis no(n) in p(rese)ncia mea t(antu)m s(ed) multo mag(is)
nu(n)c in absencia mea cu(m) metu et tremore v(est)ram salute(m) op(er)amini
Deus e(st) e(n)i(m) q(ui) op(er)at(ur) in vob(is) et velle et p(er)fice(re) p(ro) bo(na) volu(n)tate Om(n)ia
aute(m) facite sine murmuracionib(us) et hesitacionib(us) ut sitis sine q(ue)re
la et simplices sicut filij dei / sine rep(re)hensione in medio nac(ionis) p(ra)ve et p(er)v(er)se
int(er) q(uo)s lucetis sicut luminaria in m(un)do v(er)bu(m) vite continentes ad gl(ori)am mea(m)
in die xp(ist)i q(uia) no(n) in vacuu(m) cucurri / neq(ue) in vacuu(m) laboravi / sed et
si immolor sup(ra) sacrificiu(m) et obsequium fidei v(est)re Gaudeo et cong(ra)
tulor omnib(us) vobis Idipm aute(m) et vos gaudete et congratulamini
mi Spero aute(m) in d(omi)no ihesu thymotheu(m) cito me mittere ad
vos ut ego bono a(n)i(m)o sim cog(nos)cens q(ue) circa vos su(n)t / Nemine(m) e(n)i(m) h(ab)eo
tam vnanime(m) q(ui) sincera affeccione p(ro) vob(is) sollicit(us) sit / Omnes
e(n)i(m) que sua su(n)t q(ue)ru(n)t / no(n) que su(n)t ihesu xp(ist)i Experime(n)tu(m) aute(m) ei(us)
cognoscite / q(uia) sicut p(at)ri filius mecu(m) servivit in ewa(n)g(eli)o / Hu(n)c ergo
spero me mittere ad vos / mox ut videro que circa me su(n)t / Con
fido aute(m) in d(omi)no q(uonia)m et ip(s)e veniam cito ad vos Necessariu(m)

[illegible]

aute existimaui · epafroditu frem et cooperatore et commilitone meu
vm aute aplm · et ministru necessitat mee · mittere ad vos / Qm
quide omnes uos desiderat (bat) et mestus erat / pp̄terea qꝫ audierat illu
infirmu · ꝫa et infirmat[illegible] est usqꝫ ad morte / sed deus misertus est
eius / Non solu aute eius / verum etia et mei · ne tristicia sup tristi
ciam hrem. Festinantius ergo misi illum · ut viso eo iteru gaudeat
et ego sine tristicia sim / Excipite itaqꝫ illu cum omni gaudio in
domino / et eiusmodi cu honore habetote / qm pp̄ opus xp̄i usqꝫ
ad morte accessit tradens anima suam / ut impleret id qd ex uobis
De cetero fr̄es mei gaudete iij cam deerat erga meu obsequiu
in domino · eade uobis me scribere · mihi quide non pigru / vobis aute necessariu
Videte canes et uidete malos operarios / uidete concisionem / Nos enim sumus
circuncisio · q spu dei seruim' et glam in xp̄o ihu / et non in carne fi-
duciam hn̄tes qꝫ et ego hrem et in carne confidentiam / Si quis alius
videt' confidere i carne / ego magis circumcisus octaua die ex genere
isrl · de tribu beniamin · hebreus ex hebreis / scdm legem phariseus (pharizeus) / scdm
emulatione persequens ecclesiam dei / scdm iusticiam que in lege est
conuersatus sine querela / Sed que fuerunt mihi lucra · hec arbitratus sum

ppter xpm detrimenta. Verum tamen existimo omnia detrimentum esse propter
eminentem scientiam ihu xpi dni mei / ppter quem omnia detrimentum
feci. et arbitror ut stercora. ut xpm lucrifaciam, et inveniar in
illo non habens meam iustitiam que ex lege est sed illam que
ex fide est ihu xpi. que ex deo est iustitia in fide ad cognoscendum
illum et virtutem resurrectionis eius et ad societatem passionis illius
configuratus morti eius Si quo occurram ad resurrectionem que est ex
mortuis / non quod iam acceperim aut iam perfectus sim. Sequor autem
si comprehendam in quo et comprehensus sum in xpo ihu. fratres ego
me non arbitror comprehendisse Unum autem que quidem retro sunt obliviscens
Ad ea vero que sunt priora extendens meipsum ad destinatum persequor
bravium superne vocationis dei in xpo ihu. Quicumque ergo perfecti
sumus. hoc sentiamus et si aliquid sapitis et hoc vobis deus revelabit
verumtamen ad quod pervenimus ut idem sapiamus / et in eadem permaneamus regula
Imitatores mei estote fratres et observate eos qui ita ambulant sicut habetis
formam nostram ~~ut etiam formam nostram~~ / Multi enim ambulant quos
sepe dicebam vobis nunc autem et flens dico. inimicos crucis xpi quorum
finis interitus ~~[illegible]~~ quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum

qui terrena sapiunt / Nostra autem conversacio in celis est. Unde eciam salvatorem
expectamus dominum ihesum xpistum qui reformabit corpus humilitatis nostre
configuratum corpori claritatis sue secundum operacionem qua possit eciam
Itaque fratres mei karissimi et desi : iiij ca subicere sibi omnia
derantissimi gaudium meum et corona mea / sic state in domino
karissimi / Euchodiam rogo et sinthichen deprecor idipsum sapere
in domino / Etiam rogo et te germane compar adiuva illas que mecum
laboraverunt in ewangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis quorum
nomina sunt in libro vite / Gaudete in domino semper iterum dico gaudete
modestia vestra nota sit omnibus hominibus / Dominus enim prope est nichil solliciti
sitis / sed in omni oracione et ~~expectacione~~ obsecracione cum graciarum actione
peticiones vestre innotescant apud deum / Et pax dei que exsuperat
omnem sensum custodiat corda vestra et intelligencias vestras in xpisto ihesu
domino nostro / De cetero fratres quecumque sunt vera quecumque pudica quecumque
iusta quecumque sancta quecumque amabilia / quecumque bone fame si qua virtus
si qua laus discipline / hec cogitate que et didicistis / et accepistis
et audistis et vidistis in me hec agite / Et deus pacis erit vobiscum /
Gavisus sum autem vehementer in domino / quoniam ~~tandem~~ aliquando in

domino refloruistis pro me sentire sicut et sentiebatis / occupa-
ti autem eratis / non quasi propter penuriam dico / Ego enim didici in quibus
possum sufficiens esse Scio humiliari et habundare ubique et in
omnibus instructus sum et saciari esurire habundare et pe-
nuriam pati / Omnia possum in eo qui me confortat / Verumtamen
bene fecistis communicantes tribulacioni mee / Scitis autem et vos phi-
lippenses quod in principio evangelii quando profectus sum a macedonia
nulla michi ecclesia communicavit in racione dati et accepti nisi vos
soli / quia et thessalonicam semel et bis in usum michi misistis
Non quia quero datum / sed requiro fructum habundantem in racione vestra qua
redditum estis / Habeo autem omnia et habundo / repletus sum autem acceptis
ab epafrodito que misistis in odore suavitatis hostiam acceptam
placentem deo / Deus autem meus impleat omne desiderium
vestrum secundum divicias suas in gloria in christo ihesu / Deo autem et patri
nostro honor et gloria in secula seculorum amen Salutate omnem sanctum in christo ihesu
Salutant vos qui mecum sunt fratres Salutant vos omnes sancti dei maxime
autem qui de cesaris domo sunt / Gracia domini nostri ihesu christi cum spiritu
vestro Amen Incipit argumentum super epistolam pauli ad Colo-
= censes

Ad Collosen

Colosenses et hy sicut laodicenses sunt asiani. Et ipsi
preventi erant a pseudo aplis. Nec ad hos accessit ipse
aplus. Sed [struck] p eplam corrigit. Audiuerunt enim vbm ab ar-
chippo qui et ministerium in eos accepit. Ergo aplus iam ligatus
scribit eis ab ephesso p tychicum dyacone et onesymum acolitum
ab urbe roma

Paulus aplus ihu xpi Incipit epla b. p. ad Collosen
p voluntate dei et thymotheus frater hys qui sunt colos-
sis et fidelibus fribus in xpo ihu. Gra vobis et pax a do
patre nro et dno ihu xpo. Gras agimus deo et patri dni nri ihu
xpi semp p vobis orantes audientes fidem vram in xpo ihu
et dilectonem quam habetis in sctos omnes ppter spem que est vobis repo-
sita in celis quam audistis in vbo veritatis euangelii quod puenit ad vos sicut
et in vniuerso mundo est et fructificat et crescit sicut et in vobis
Ex ea die qua audistis et cognouistis gratiam dei in veritate. Sicut
didicistis ab epafra carissimo conseruo nro qui est fidelis p vobis minister
xpi ihu qui etiam manifestauit nobis dilectonem vram in spu. Ideo et nos
ex qua die audiuimus non cessamus p vobis orantes et postulantes ut
impleamini agnitone voluntatis eius in omni sapientia et

et intellectu spuali / vt ambuletis digne deo p oia placentes
In omni opere bono fructificantes / et crescentes in scia dei / In omni
vtute confortati scdm potentiam claritatis eius / i omni pacia et lon
ganimitate cu spuali gaudio Gras agentes deo et pri qui dignos
vos fecit in parte sortis scorum in luce / Qui eripuit nos de ptate
tenebrarum / et transtulit in regnum filij dilectionis sue / in quo habemus
dilectionem redemptionem et remissionem pctorum / qui est ymago dei
invisibilis primogenitus omnis creature / Quia in ipso condita sunt vniuersa
in celis et in terra visibilia et invisibilia / siue throni siue dna-
tiones siue principatus siue ptates / Omnia p ipm et in ipso creata
sunt Et ipse est ante omnes et in ipso constant omnia / Et ipse est caput
corporis ecclie / qui est primogenitus principium ex mortuis / ut sit ipse
in omnibus primatum tenens quia in ipso complacuit / omnem plenitu-
dinem habitare / et per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem
crucis eius / siue que in celis sunt / siue que in terris sunt / Et vos cum
essetis aliqn alienati a fide et inimici sensu et opibus malis / Nunc
autem reconciliauit vos in corpore carnis sue eius p mortem / ut exhiberet
vos sanctos et immaculatos / et irreprehensibiles coram ipso / si

tamen permanetis in fide fundati et stabiles et immobiles a spe
evangelii quod audistis quod predicatum est in universa creatura que sub celo
est cuius factus sum ego paulus minister. Qui nunc gaudeo in passio
nibus pro vobis et adimplebo ea que desunt passionum xpi in carne
mea pro corpore eius quod est ecclesia cuius factus sum ego minister secundum
dispensationem dei que data est michi in vos ut impleam verbum
dei misterium quod absconditum fuit a seculis et a generationibus
Nunc autem manifestatum est sanctis eius quibus voluit deus notas facere
divitias glorie in gentibus sacramenti eius huius quod est xpus in vobis in gentibus
spes glorie. Quem nos annuntiamus corripientes omnem hominem et doce
ntes omnem hominem in omni sapientia spirituali ut exhibeamus omnem hominem
perfectum in xpo ihesu. In quo et laboro certando secundum operationem eius quam
Volo enim vos scire qualem sollicitudinem ii capitulum operatur in me in virtute
sollicitudinem habeam pro vobis et pro hiis qui sunt laodicie et quicumque
non viderunt faciem meam in carne ut consolentur corda ipsorum instructi in
caritate et in omnes divitias plenitudinis intellectus in agnitione
misterii dei patris et in xpo ihesu in quo sunt omnes thezauri sapientie
et scientie absconditi. Hoc autem dico ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonis

sermonis. Nam et si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gau
dens et uidens ordinem vestrum et firmamentum ~~vestrum~~ eius que in
xpo est fidei vestre. Sicut ergo accepistis dominum nostrum ihesum xpm
in ipso ambulate radicati et superedificati in xpo. et confirmati in
fide. et sicut didicistis habundantes in illo in graciarum actione. Uidete
ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum tradicio
nem hominum secundum elementa huius mundi et non secundum xpm. quia in ipso in
habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. et estis in illo repleti qui est
caput omnis principatus et potestatis. in quo et circumcisi estis circumcisione non
manu facta in expoliacione corporis carnis. sed in circumcisione ihu
xpi consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operacionis
dei qui suscitauit illum a mortuis. et vos cum mortui essetis in
delictis et preputio carnis vestre, conuiuificauit uos cum illo donans uobis
omnia ~~delicta~~ delens quod aduersum uos erat cirographum huius de
creti quod erat contrarium uobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci,
expolians principatus et potestates, traduxit confidenter palam triumphans
illos in semetipso. Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut
in parte diei festi, aut neomenie, aut sabbatorum que sunt umbra

fitiuorum corpus autem xpi. Nemo enim vos seducat volens in humilitate
cordis et religione angelorum que non vidit ambulans frustra inflatus
sensu carnis sue. et non tenens caput ex quo totum corpus per nexus et
coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum dei. Si ergo
mortui estis cum xpo ab elementis huius mundi. quid adhuc tamquam viue-
tes in mundo decernitis. Ne tetigeritis neque gustaueritis neque contrectaueritis
que sunt omnia in interitum ipso vsu secundum precepta et doctrinas hominum
que sunt rationem quidem habentia sapientie in superstitione et humilitate et ad
non parcendum corpori. Non in honore aliquo ad saturitatem carnis
Igitur si consurrexistis cum xpo que sursum iii ca. et diligencia carnis
sunt querite vbi xpus est in dextera dei sedens. Que sursum sunt
sapite non que super terram. Mortui enim estis et vita vestra modo
abscondita est cum xpo in deo. Cum enim xpus apparuerit vita vestra
tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra
vestra que sunt super terram fornicationem. inmunditiam. libidinem. concu-
piscentiam malam. et auaritiam que est ydolorum seruitus propter
que venit ira dei super filios incredulitatis in quibus et vos ambulastis
aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite et vos omnia. iram

detractionem indignationem malitiam blasfemiam turpem sermonem de ore
vestro non emiseritis. Nolite mentiri invicem expoliantes vos veterem
hominem cum actibus suis et induentes novum hominem qui renovatur
in agnitione dei secundum ymaginem eius qui creavit eum ubi non est ma
sculus aut femina gentilis et iudeus circumcisio et preputium barbarus
et scita servus et liber sed omnia et in omnibus xpus. Induite vos ergo
sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie dei benignitatem
humilitatem modestiam pacientiam supportantes invicem et donantes vobis
metipsis si quis adversus aliquem habet querelam sicut et dominus donavit
nobis ita et vos. Super omnia autem hec caritatem habete quod est vin
culum perfectionis. Et pax xpi exultet in cordibus vestris in qua
et vocati estis in uno corpore et grati estote. Et verbum xpi habitet in
vobis habundanter in omni sapientia docentes et commonentes vosmetipsos psal
mis ympnis et canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris
domino. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri ihesu
xpo facite gratias agentes deo et patri per xpm ihm. Mulieres subdite es
te viris vestris sicut oportet in domino. Viri diligite uxores vestras et noli
amari esse ad illas. Filii obedite parentibus vestris per omnia. Hoc enim bene

placitu est in domino. Patres nolite ad indignacionem prouocare filios
vros ut no pusillo animo fiant / Servi obedite per omnia dominis car-
nalibus non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes / sed in simpli-
citate cordis timentes deum / Quodcumque facitis ex animo operamini sicut
deo et non hominibus / scientes quod a domino recipietis retribucionem hereditatis /
domino ihu xpo seruite / Qui enim iniuriam facit / recipiet id quod inique
gessit / Et non est personarum accepcio apud deum / iiij cap

Domini quod iustum est et equum seruis prestate / scientes quia et vos
dominum habetis in celis / Orationi instate vigilantes in ea in graciarum
actione / Orantes simul et pro nobis / ut deus aperiat uobis hostium sermo-
nis ad loquendum misterium xpi / propter quod eciam vinctus sum ut mani-
feste illud / Ita ut oportet me loqui / In sapiencia ambulate ad eos qui
foris sunt tempus redimentes / Sermo vester semper in gracia sale sit conditus
vt sciatis quomodo opporteat vos vnicuique respondere / Que circa me
sunt / omnia uobis nota faciet titicus karissimus frater / fidelis minister / et
conseruus in domino / quem misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat que
circa vos sunt / et consoletur corda vestra cum honesimo karissimo et fideli
fratre qui est ex uobis / Omnia que hic aguntur nota faciet vobis /

aristarchus
Salutat vos aristarcus concaptiuus meus et marcus consobrinus
barnabe de quo accepistis mandata si venerit ad uos excipite illum
Et ihesus qui dicitur iustus qui sunt ex circumcisione hii sunt soli adiutores
mei in regno dei qui fuerunt michi solacio Salutat vos epafras
qui ex uobis est seruus xpi ihesu semper sollicitus pro uobis in oracionibus ut stetis
perfecti et pleni in omni voluntate dei testimonium enim illi perhibeo
quod habet multum laborem pro uobis et pro hiis qui sunt laodicie et qui ierapoli
Salutat vos lucas medicus karissimus et demas Salutate fratres
qui sunt laodicie et nympham et que in domo eius est ecclesiam
Et cum lecta fuerit apud vos epistola facite ut in laodicensium ecclesia legatur
et ea que laodicensium est uobis legatur Et dicite archippo vide
ministerium quod accepisti in domino ut illud impleas Salutacio
mea manu pauli Memores estote vinculorum meorum Gracia domini
Que non est de corpore biblie
ihesu vobiscum Amen Incipit epistola beati pauli ad laodicenses capitulum primum

Vio ... aliud

Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem sed per ihesum xpistum
fratribus qui sunt laodicie Gracia uobis et pax a deo patre nostro
et domino ihesu xpo Gracias ago deo meo xpo per orationem meam
quod permanentes estis in eo et perseuerantes in operibus bonis pro

missu expectantes in die iudicii/ neque destituant vos quorundam
vaniloqua insinuatio ut vos avertant a veritate evangelii quod a me
predicatur/ Et nunc faciet deus ut qui sunt ex me ad profectum veritatis evan-
gelii deservientes sint/ et facientes benignitatem operum que sunt salutis
vite eterne/ Et nunc palam sunt vincula mea que patior in
xpo quibus letor et gaudeo et hoc michi est ad salutem eternam
quod ipsum factum orationibus vestris et administrante
spiritu sancto · sive per vitam sive per mortem Est enim michi vivere vita in xpo
et mori uel lucrum/ et ipse in vobis faciet misericordiam suam ut eandem
dilectionem habeatis et sitis unanimes/ Ergo dilectissimi ut audistis presentia
domini ita retinete et facite in timore domini · et erit vobis vita eterna
Est enim deus qui operatur in vobis/ et facite sine retractu ul peto quecumque
facitis Et quod est optimum dilectissimi gaudete in xpo/ et precavete sordidos
omnes in lucro/ Omnes sint vestre petitiones palam apud deum/ Et estote firmi
in sensu xpi/ Et que integra et vera · et pudica et casta · et iusta et
amabilia sunt facite/ et que audistis et accepistis in corde retinete/ et erit
vobis pax Salutate omnes fratres in osculo sancto Salutant vos sancti/ Gratia
domini nostri ihesu xpi cum spiritu vestro/ Et hanc facite legi colocensibus et

colocensium vobis

Incipit argumentum beati Jeronimi in Epistolam ad Thessalonicenses

Thessalonicenses sunt Macedones hii accepto verbo veritatis perstiterunt in fide etiam in persecucione civium suorum preterea nec receperant falsos apostolos nec ea que a falsis apostolis dicebantur hos collaudat apostolus scribens eis ab athenis per tyticum et onesimum / Incipit Epistola beati pauli ad Thessalonicenses

Paulus et siluanus et thimotheus ecclesie thesalonicensium in deo patre et domino nostro ihesu christo. Gratia vobis et pax [1]. Gratias agimus deo semper pro vobis omnibus memoriam vestri facientes in oracionibus nostris sine intermissione / memores operis fidei vestre et laboris et caritatis et sustinencie spei domini nostri ihesu christi ante deum et patrem nostrum / Scientes fratres dilectissimi a deo electionem vestram quia evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum sed et in virtute et in spiritu sancto et in plenitudine multa / sicut scitis quales fuerimus ~~in vobis~~ vobiscum propter vos / Et vos imitatores nostri facti estis et domini excipientes verbum dei in tribulacione multa cum gaudio spiritus sancti ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in macedonia et in achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini non solum in macedonia et in achaia. Sed et in omni loco fides vestra que est ad

[1] A deo patre nostro et domino ihesu christo

deum perfecta est/ ita ut non sit nobis necesse [primo] quicquam loqui/ Ipsi enim de
nobis annunciant qualem introitum [habuimus] habuerimus ad vos/ et quomodo conversi
estis ad deum a simulacris/ servire deo vivo et vero/ et expectare filium
eius de celis quem suscitavit ex mortuis Ihesum qui eripuit nos ab ira
Nam et ipsi fratres scitis introitum nostrum ~~scd cap ij~~ ventura
ad vos quia non inanis fuit/ sed ante passi/ et contumeliis affecti sicut scitis
in philippis quia fiduciam habuimus in domino nostro ad vos loqui
evangelium dei in multa sollicitudine/ Exhortatio enim nostra non de errore fa ij
fuit neque de inmundicia neque in dolo/ sed sicut probati sumus a
deo ut crederetur nobis evangelium ita loquimur/ non quasi hominibus placentes
sed deo qui probat corda nostra/ Neque enim aliquando fuimus in sermone adula-
tionis sicut scitis neque in occasione avaricie/ deus testis est/ nec querentes ab
ab hominibus gloriam/ neque a vobis neque ab aliis cum possemus oneri vobis
esse sicut christi apostoli/ sed facti sumus ~~sicut~~ parvuli in medio vestrum/ tamquam
si nutrix foveat filios suos/ ita desiderantes vos cupide vole-
bamus tradere vobis non solum evangelium dei sed etiam [animas] ~~animas~~ nostras/ quia
karissimi nobis facti estis/ Memores enim estis fratres laboris nostri et fati-
gationis nocte et die operantes ne quem vestrum gravaremus/

predicavimus vobis evangelium dei / Vos enim testes estis et deus / quam sancte
et iuste et sine querela vobis qui credidistis affuimus / sicut scitis qualiter
unumquemque vestrum tamquam pater filios suos deprecantes vos et consola-
tes testificati sumus / ut ambularetis digne deo qui vocavit vos in
suum regnum et gloriam / Ideo et nos gratias agimus deo / sine intermissione
quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus dei / accepistis illud non ut
verbum hominum / sed sicut est vere verbum dei qui operatur in vobis qui credidistis
in ipsum / Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei / que sunt
in iudea in christo ihesu / quia eadem passi estis et vos / a contribulibus
vestris / sicut et ipsi a iudeis / qui et dominum ihesum occiderunt et prophetas /
et nos persecuti sunt / et deo non placent / et omnibus hominibus adversantur
prohibentes nos gentibus loqui [ut] ut salve fiant / ut impleant peccata sua
semper / pervenit enim ira dei super illos usque in finem / Nos autem fratres
desolati a vobis ad tempus / hore aspectu / non corde habundantius festina-
vimus faciem vestram videre cum multo desiderio / quoniam voluimus venire
ad vos / Ego quidem paulus et semel et iterum sed [impedivit] impedivit nos sathanas /
Que est enim nostra spes aut gaudium aut corona glorie / in capitulo
Nonne vos ante dominum nostrum ihesum christum estis in adventu eius

Romcen 9

Capitulum iii

Vos enim estis gloria nostra et gaudium. Propter quod non sustinentes amplius
placuit nobis remanere athenis solis, et misimus thimotheum fratrem
nostrum et ministrum dei in evangelio christi ad confirmandos vos et exhortandos
vos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis
quod in hoc positi sumus. Nam et cum apud vos essemus predicebamus vobis
passuros nos tribulationes, sicut et factum est et scitis. Propterea et ego
amplius non sustinens misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte
temptaverit vos is qui temptat, et inanis fiat labor vester. Nunc autem
veniente thimotheo ad nos a vos [vos] [nobis], et annunciante nobis fidem et ca-
ritatem vestram, et quia memoriam nostri habetis bonam semper desiderantes nos
videre, sicut et nos quoque vos, ideo consolati sumus fratres in vobis in omni
necessitate et tribulatione nostra, per vestram fidem, quoniam nunc vivimus vos si
statis in domino. Quam enim graciarum actionem possumus deo retribuere pro vobis
in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante dominum nostrum nocte et die
orantes habundancius ut videamus faciem vestram, et compleamus ea que de-
sunt fidei vestre. Ipse autem deus et pater noster et dominus ihesus diri-
gat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet, et habun-
dare faciat caritatem vestram in invicem et in omnes quemadmodum et

nos in vobis ad confirmanda corda vr̃a semp sine querela in
s̃titate ante deum et prem nostr̃ i adventu dn̄i nr̄i ihu xpi cu

De cetero ergo fr̃es rogamus iiii ca / omib9 s̃cis eius
vos et ob ab secrag in domio ihu / ut quemadmodu accepist a nob
quo opportea vos ambulare et placere deo / sic et ambuletis ut ha
budet mag. Scitis em que precepta dederi vob p dnm ihm
xpm / hec est em volutas dei . s̃tificacio vr̃a / ut abstineat vos a
fornicatione / ut sciat unusquisq; vr̃m suu vas possidere in s̃ti
ficatione et honore / non in passione desiderij sicut et gentes que
ignorant deu / Et ne quis supgrediat neq; supveniat in negocio
suum fr̃em / qm vindex est dn̄s in hys oibus sicut pdixi9 vob
et testificati sumus / Non em vocavit vos deus in inmundiciaz sed
i s̃tificatioz / Itaq; q sper spnit / no hoiem spnit / sed deu / q et dedit
spm suu s̃cm i nob / De caritate aut fr̃nitatis no nece habuig scribe
vob / Ipi em vos a deo didicistis ut diligat invice / Etem faci
atis illud in omis fr̃es et in universa macedonia / Rogam aute
vos fr̃es ut habudet mag / et opam detis ut queti sitis / et ut
vr̃m negociu agatis et opemini manibz vr̄is Sicut precepimg

vobis et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt / et nullius aliquid
desideretis / Nolumus autem vos fratres ignorare de dormientibus ut non
contristemini sicut et ceteri qui spem non habent / Si enim credimus quod ihesus
mortuus est et resurrexit / ita et deus eos qui dormierunt per ihesum ad
ducet cum eo / Hoc enim vobis dicimus in verbo domini quia nos qui vivimus
qui residui sumus in adventu domini non preveniemus eos qui dormi-
erunt / Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei
descendet de celo / Et mortui qui in christo sunt resurgent primi / Deinde
nos qui vivimus qui relinquimur / simul rapiemur cum illis in nubibus ob
viam christo in aera / Et sic semper cum domino erimus / Itaque consolamini
De temporibus autem et mo- v. capitulum / invicem in verbis istis
mentis fratres non indigetis ut scribamus vobis / Ipsi enim diligenter scitis
quia dies domini in nocte sicut fur ita veniet / Cum enim dixerint pax
et securitas tunc repentinus eis superveniet interitus / sicut dolor in
utero habentis et non effugient / Vos autem fratres non estis in tenebris
ut vos dies illa tamquam fur comprehendat / Omnes enim vos filii lucis estis
et filii dei / non estis enim noctis neque tenebrarum / Igitur non dor-
miamus sicut ceteri / sed vigilemus et sobrii simus / Qui enim dormiunt

nocte dormiunt. Et qui ebrij sunt nocte ebrij sunt. Nos autem q
diei
dei sumus sobrij sumus induti loricam fidei et caritatis. et ga-
leam spei et salutis. quoniam non posuit nos deus in iram sed in ad-
quisitionem salutis per dominum nostrum ihesum xpistum qui mortuus est pro nobis
ut siue vigilemus siue dormiamus simul cum illo viuamus. Propter quod
consolamini inuicem. et edificate alterutrum sicut et facitis. Rogamus
autem vos fratres ut noueritis eos qui laborant inter vos et presunt vobis
in domino. et monent vos. ut habeatis illos habundantius in caritate
propter opus illorum. pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres cor-
ripite inquietos. consolamini pusillanimes. suscipite infirmos.
patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui
reddat. sed semper quod bonum est sectamini inuicem et in omnes. Sem-
per gaudete in domino. sine intermissione orate. in omnibus gratias agite
hec enim voluntas dei est in xpisto ihesu in omnibus vobis. Spiritum no-
lite extinguere. prophetias nolite spernere. omnia autem probate. quod
bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse
autem deus pacis sanctificet vos per omnia ut integer spiritus vester
macat. et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri

ihu xpi seruet. fidelis est deus qui vocat vos q et faciet. fres orate
pro nob. Salutate fres omis in osculo sco. Adiuro vos per deu ut le-
gat hec epla oib9 fribus scis. Gra dni nri ihu xpi vobcu Am.

Incipit argumentu bti Jeronimi in 2a eplam ad thessalonicen.

Ad thessalonicenses scdam scribit
aplus eplam et notu facit eis de tpibus nouissis et de ~~adventu~~
adversarii ~~et de destructione eius~~ [deiectione] scribit hanc eplam ab athenis per
tyticu [titu] dyacone et onesimu.

Sequitur ii Epla ad thessalonicen

Paulus et siluanus et thimoteus ecclie thessalonicensiu in deo
patre nro et dno ihu xpo. Gra vob et pax a deo patre nro et dno
ihu xpo. Gras agere debem9 deo sp pro vob fres. ita ut dignu
est. qm supcrescit fides vra. et habundat caritas uniuscuiusque
vrm invice. ita ut et nos ipi in vob gloriemur in ecclis dei pro patia
vra et fide in oib9 psecucoib9 vris et tribulacoib9 vris. qs susti-
netis in exemplu iusti iudicij dei. ut digni habeamini in regno dei
pro quo et patimini. Si tn iustu est apud deu retribuere retribuco
his q vos tribulant. et vob q tribulamini requie nobcu in revelacoe
dni nri ihu xpi de celo cu angelis virtutis eius in flamma ignis
dantis vindicta his q no noverunt deu. et q no obediunt evangelio

domini nostri ihesu xpi. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie
domini et a gloria virtutis eius cum venerit glorificari in sanctis suis / et ad-
mirabilis fieri in omnibus qui crediderunt / quia creditum est testimo-
nium nostrum super vos in die illo / In quo etiam oramus semper pro vobis ut dignetur
vos vocare vocatione sua deus noster ut impleat omnem voluntatem
bonitatis sue / et opus fidei in virtute bona ut clarificetur nomen domini
nostri ihesu xpi in vobis et vos in illo secundum graciam dei nostri et domini nostri

Rogamus autem vos fratres per adventum domini | ii ca | ihesu xpi
nostri ihesu xpi et nostre congregationis in ipsum / ut non cito moveamini
a vestro sensu / neque terreamini a vestro proposito / neque per spiritum neque per sermonem
neque per epistolam tamquam per nos missam / quasi instet dies domini / Ne quis
vos seducat ullo modo / quoniam nisi venerit discessio primum / et revelatus
fuerit homo peccati filius perditionis / qui adversatur et extollitur super omne
quod dicitur / ~~deus~~ aut quod colitur / ita ut in templo dei sedeat / ostendens se tamquam sit
deus / non retinetis quod cum adhuc essem apud vos hec dicebam vobis
Et nunc quid detineat scitis ut reveletur in suo tempore Nam misterium
iam operatur iniquitatis / tantum ut qui tenet * nunc teneat donec de medio
fiat / Et tunc revelabitur ille iniquus quem dominus ihesus interficiet spiritu

oris sui et destruet illustracione adventus sui eum cuius est ad-
ventus secundum operacionem sathane in omni virtute in signis et prodigiis
mendaciis et in omni sedicione iniquitatis hiis qui perimt eo quod cari-
tatem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Ideo mittet illis deus
operacionem erroris ut credant mendacio ut iudicentur omnes qui non cre-
diderunt veritati sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gracias
agere deo semper probis fratres dilecti a deo quod elegerit nos deus pri-
micias in salutem in sanctificacionem spiritus et fide veritatis in qua et vo-
cavit vos per evvangelium nostrum in acquisicionem glorie domini nostri ihesu christi. Itaque
fratres state et tenete tradiciones quas didicistis sive per sermonem sive
per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster ihesus christus et deus pater
noster qui dilexit nos et dedit nobis consolacionem eternam et spem bonam
in gracia exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono.
De cetero fratres orate pro nobis ut sermo dei currat et clarificetur iij cap
sicut et apud vos et ut liberemur ab importunis et malis ho-
minibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit
vos et custodiet a malo. Confidimus autem fratres de vobis in domino
quoniam que precepimus et facitis et facietis. Deus autem dirigat corda

vra in caritate dei / et pacia xpi / Denunciam⁹ aute vob fres i noie

dni nri ihu xpi ut s̄btrahat vos (ab omni) fre inordiate ambulante et

no scdm tradicoez quam acceperut a vob / Ipi em scit quemadmodu

oporteat vos imitari nos / qm no inqeti fuim⁹ int vos / neqz gre

pane manducavim⁹ ab aliq / sed in labore et fatigacoe die ac nocte

opantes / ~~neqz~~ ne que vrm gravarem⁹ / no qi no habuerim⁹ ptatez / sed ut nos-

metipos forma darem⁹ vobis ad imitadu nos / Naz et cu essem⁹ apd

vos hoc denuntiab~~am⁹~~ (bam⁹) vob / qm si quis no vult opari. nec manducet

Audivim⁹ em int vos quosda abulare inqete / et nichil opantes

et curiose agentes / Hijs aute q eiusmodi st denuntiam⁹ et obsecram⁹

in dnio ihu xpo vt cu silecio opantes / ~~et curiose agentes~~ suu

pane manducet / Vos aute fres bnefacietes nolite deficere

Qd si qs no obedieit vo nro p eplam · huc notate / et ne comisceami

cu illo / vt confundat / Et nolite qi (inimicu) inimicu existiare illu / sed corripite

vt frem / Ipe aute dns pacis det vob pace sepitna in omi loco

Deus (sit) cu oib⁹ vobis / Salutacio mea ma⁹ pauli quod est signu

i oi epla ita scibo / Gra dni nri ihu xpi cu oib⁹ vobis Amē

Incipit argumentu in eplam pauli ad Thimotheum

i ad Thimo.

Thimotheum instruit et docet de ordinatione episcopatus et dya
conatus et omnis ecclesiastice disciplinae scribens ei a laodicia per ti
tum dyaconem. Incipit epistola pauli ad Thimo. c. i

Paulus apostolus ihesu christi secundum imperium dei salvatoris nostri et christi
ihesu spei nostre thimoteo dilecto filio in fide. Gratia misericordia et
pax a deo patre nostro et christo ihesu domino nostro. Sicut rogavi te ut re
maneres ephesi cum irem in macedoniam ut denuntiares quibusdam
ne aliter docerent neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis
que questiones prestant magis quam edificationem dei que est in fide. Finis
autem precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non
ficta a quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium volentes esse
legis doctores non intelligentes neque que loquuntur neque de quibus affirmant.
Scimus autem quia bona est lex si quis ea legitime utatur. Sciens autem quia
iusto non est lex posita sed iniustis et non subditis impiis et peccatoribus
sceleratis et contaminatis patricidis et matricidis et homicidis et for
nicariis masculorum concubitoribus plagiariis et mendacibus periuris et si
quid aliud sane doctrine adversatur que est secundum evangelium glorie benedicti dei
quod creditum est michi. Gratias ago ei qui me confortavit christo ihesu domino

modo quia fidelem me existimavit ponens in ministerio qui prius fui blasfemus
et persecutor et contumeliosus sed misericordiam dei consecutus sum quia ignorans feci in
incredulitate. Superhabundavit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione
que est in xpo ihu. fidelis sermo et omni acceptione dignus quia xpus
ihus venit in hunc mundum peccatores salvos facere quorum ego primus
sum. Sed ideo misericordiam dei consecutus sum ut in me primo ostenderet
xpus ihus omnem pacienciam ad informacionem eorum qui credituri sunt
illi in vitam eternam. Regi autem seculorum immortali et invisibili soli deo
honor et gloria in secula seculorum amen. hoc preceptum commendo tibi fili
thimothee secundum precedentes in te prophecias ut milites in illis bonam
miliciam habens fidem et bonam conscienciam quam quidam repellentes circa
fidem naufragaverunt ex quibus est himeneus et allexander quos
tradidi sathane ut discant non blasfemare. ii cam

Obsecro ergo primo omnium fieri. obsecraciones. oraciones. postulaciones.
graciarum acciones. pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui in
sublimitate sunt constituti ut quietam et tranquillam vitam agamus
in omni pietate et castitate. hoc enim bonum est et acceptum coram
salvatore nostro deo. qui omnes homines vult salvos fieri. et ad agnitio

veritatis venire. Unus enim deus. unus et mediator dei et homi-
num homo xpus ihus qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus cuius testimonium
confirmatum est temporibus suis in quo positus sum ego predicator et apostolus
Veritatem enim dico in xpo ihu non mentior doctor in fide gencium
et veritate. Volo ergo viros orare in omni loco levantes puras manus
sine ira et disceptatione. Similiter et mulieres in habitu ornato cum ve-
recundia et sobrietate ornantes se. Non in tortis crinibus aut auro aut
margaritis vel veste preciosa. Sed quod decet mulieres promittentes ca-
stitatem et pietatem per opera bona. Mulier in silencio discat cum omni
subiectione. Docere autem mulierem non permitto neque dominari in virum
sed esse in silencio. Adam enim prius formatus est deinde eva. Et adam
non est seductus mulier autem in prevaricatione seducta fuit. Salvabitur
autem mulier per filiorum generationem si permanserit in fide et dilectione
et sanctificatione cum sobrietate. iij cap

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desi-
derat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris
virum sobrium prudentem ornatum pudicum hospitalem doctorem non
vinolentum non percussorem sed modestum non litigiosum non cupidum

non cupidum / sue domui bene preppositum / filios habentem subditos cum
omni castitate / Si quis autem sue domui preesse nescit / quomodo ecclesie
dei diligentiam habebit / Non neophitum . ne in superbia elatus
in iudicium incidat diaboli / Oportet autem illum et testimonium habere
bonum ab hiis qui foris sunt / ut non in obprobrium incidat / et diaboli
in laqueum / Dyacones pudicos similiter non bilingues / non multo vino
deditos / non turpe lucrum sectantes / habentes misterium fidei in consciencia
pura / Et hii autem probentur primum / et sic ministrent / nullum crimen ha
bentes / Mulieres similiter pudicas non detrahentes / sobrias fideles in
omnibus / Dyacones sint unius uxoris viri / qui filiis suis bene presint
et suis domibus / Qui enim ministraverint bene / gradum sibi bonum acqui
rent / et multam fiduciam in fide que est in christo ihesu domino nostro / Hec
tibi scribo sperans me iam cito venire ad te / Si autem tardavero
ut scias quomodo te oporteat in domo dei conversari / que est ecclesia dei
vivi / et columpna et firmamentum veritatis . et manifeste magnum est pietatis
sacramentum / quod manifestatum est in carne / iustificatum est in spiritu sancto /
apparuit angelis . predicatum est gentibus / creditum est in mundo / assumptum est in gloria

Spiritus autem manifeste dicit / quia in novissimis iiij capitulum

temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis
demoniorum in ypocrisi loquencium mendacium et cauteriatam habencium cauteriatam
suam conscienciam prohibencium nubere, docentes abstinere a cibis quos deus
creavit ad percipiendum cum graciarum accione fidelibus et hiis qui cognoverunt
veritatem. Quia omnis creatura dei bona est et nichil reiciendum quod
cum graciarum accione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et oracionem. Hec propo-
nens fratribus bonus eris minister christi ihesu, enutritus verbis fidei et bone
doctrine quam assecutus es. Ineptas autem et aniles fabulas de-
vita. Exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitacio ad
modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem
habens vite que nunc est et future. Fidelis sermo et omni acceptione
dignus. In hoc enim laboramus et maledicimur quia speramus in deum
vivum qui est salvator omnium hominum maxime fidelium. Precipe
ergo hec et doce. Nemo adolescenciam tuam contempnat, sed esto
exemplum fidelium in verbo in conversacione in caritate in fide no-
strata in castitate. Dum venio attende lectioni, exhortacioni, doctrine.
Noli negligere graciam que in te est, que data est tibi per prophe-
ciam cum imposicione manuum presbiterii. Hec meditare, in hiis esto

vt profectus tuus manifestus sit omnibus Attende tibi et doctrine insta in illis hoc enim faciens et teipsum saluum facies et eos qui te audiunt

Cap v

Seniorem ne increpaueris sed obsecra ut patrem iuuenes ut fratres anus ut matres iuueniculas ut sorores in omni castitate Viduas honora que vere vidue sunt v cap

Si qua autem vidua filios aut nepotes habet discat primum domum suam pie regere et mutuam vicem reddere parentibus hoc autem acceptum est coram deo Que autem vere vidua est et desolata speret in deum et instet obsecrationibus et orationibus nocte et die Nam que in deliciis est viuens mortua est Et hec precipe ut irreprehensibiles sint Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negauit et est infideli deterior Vidua eligatur non minus sexaginta annorum que fuerit vnius viri vxor in operibus bonis testimonium habens Si filios educauit si hospitio recepit si sanctorum pedes lauit si tribulationem patientibus subministrauit si omne opus bonum subsecuta est Adolescentiores autem viduas deuita cum enim luxuriate fuerint in christo nubere volunt habentes dampnationem quia primam fidem irritam fecerunt Simul autem et ociose discunt circuire

thimo i

Juniores. Non solum autem otiose; sed verbose et curiose loquentes que non
oportet. Volo ergo iuniores nubere. filios procreare. matres famili
as esse. et nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Iam enim
quedam conversae sunt retro post sathanam. Si quis fidelis habet viduas
subministret illis, ut non gravetur ecclesia. Et ut hiis que vere vidue sunt
sufficiat in christo. Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni
habeantur, maxime qui laborant in verbo dei et doctrina. Dicit enim scriptura
Non infrenabis os bovi trituranti, et dignus est mercenarius mercede
de sua. Adversus presbiterum accusacionem noli recipere, nisi sub duobus aut
tribus testibus. peccantes autem coram omnibus corripe; ut ceteri timorem
habeant. Testor coram deo et christo ihesu et electis angelis; ut hec custo
dias sine preiudicio nichil faciens in aliam partem declinando. Manus
cito nemini imposueris. Neque communicaveris peccatis alienis; teipsum castum
custodi. Noli adhuc aquam bibere; sed modico vino utere propter stoma
chum tuum et frequentes tuas infirmitates. quorundam hominum peccata manifesta
sunt precedencia ad iudicium; quosdam autem et subsequuntur. Similiter
autem et facta bona manifesta sunt; et que aliter se habent abscondi non possunt.

Quicumque sunt sub iugo servi dominos suos omni honore dignos; vi capitulum

arbitret' / ne nome domi et doctria blasfemet' / Qui aute fideles
hent dnos / no contepnat / qr fres sut / sz magis suiat / qr fide-
les sut ~~hent~~ et dilti / qr bnficij pticipes sunt / Hec doce et ex
hortare / Si quis aute alit' docet / et no acqesat sanis smoibus
dni nri ~~ihu~~ ihu xpi / et ei que s'cdm pietate est doctrine / supbus e
nichil sciens / sz languens circa qones et pugs vboz / ex qbus o-
riut invidie contentiones / blasfemie / suspiciones male / cflicta-
tiones hoim mete corruptoz / et q veritate puati sut / existi-
matiu questu ee pietate / Est aute questus magnus pietas
cu sufficientia / Nichil em intulim in huc mudu / haut du-
biu / qr nec auferre qd possimus / Hentes aute alimeta et
qbus tegamur hijs ctenti simus / Nam q volut divites fieri in-
cidut in teptatoem et laqum dyaboli / et desideia multa et in-
utilia et nociua / que mergut hoies in intitu et pditoem
Radix em maloz est cupiditas / qua qdam appetetes ~~erra~~
errauert ~~rut~~ a fide / et inseruerunt se dolorib' multis / Tu aute homo
dei hec fuge / sectare vo iusticiam pietatem fidem caritatem / paciam
masuetudiem / Certa bonu certamen fidei / apphende vitam

eternã in quam vocatus es et confessus es bonã fidem corã multis testi-
bus. Precipio tibi coram deo qui vivificat omnia et xpo ihu qui
bonum testimoniũ reddidit sub poncio pilato bonam confessionem ut ser-
ves mandatũ sine macula inreprehensibile usque in adventũ domi-
ni ihu xpi quem suis temporibus ostendet beatus et solus deus potens
rex regum et dominus dominancium qui solus habet inmortalitatem et lucem
habitat inaccessibilem quem nullus hominum vidit sed nec videre po-
test cui honor et gloria imperium sempiternum in secula seculorum amen.
Divitibus huius seculi precipe non sublime sapere nec sperare in incerto
divitiarum sed in deo vivo qui prestat nobis omnia habunde ad fru-
endum. bene agere divites fieri in operibus bonis. facile
tribuere. communicare thezaurizare sibi fundamentum bonum in futurum ut appre-
hendant veram vitam. O thimothee depositum custodi devitans propha-
nas vocum novitates et oppositiones falsi nominis sciencie quam
quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia sit tecum amen. Explicit

Incipit argumentum in secundam epistolam ad Thimotheum

Item thimotheo scribit de exhortacione
martirii et omni regula veritatis et quid futurum sit temporibus novissimis
et de sua passione scribens ei ab urbe roma

Incipit epistola beati pauli ad Thimotheum

Paulus apostolus ihesu christi per voluntatem dei secundum promissionem vite
que est in christo ihesu / Thimotheo karissimo filio gratia et misericordia
et pax a deo patre et christo ihesu domino nostro Gratias ago deo meo
cui servio a progenitoribus meis in consciencia pura quod sine intermissione
habeam tui memoriam in orationibus meis nocte et die desiderans
videre te / memor lacrimarum tuarum ut gaudio implear Recordationem
accipiens eius fidei que est in te non ficta / que et inhabitavit
primum in avia tua loyde et matre tua eunice / Certus sum autem
quod et in te propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam
dei que est in te per impositionem manuum mearum Non enim dedit
nobis deus spiritum timoris / sed virtutis et dilectionis et sobrietatis Noli
itaque erubescere testimonium domini nostri ihesu christi neque me vinctum
eius / sed collabora in ewangelio eius secundum virtutem dei qui nos liberavit
et vocavit vocatione sancta sua Non secundum opera nostra sed secundum propositum
suum / et gratiam que data est nobis in christo ihesu ante tempora secularia
manifesta est autem nunc per illuminationem salvatoris nostri ihesu christi
qui destruxit quidem mortem / illuminavit autem vitam et incorruptionem
per ewangelium / in quo positus sum ego predicator / et apostolus et magister

sed

gencium ob quam causam etiam hec patior sed non confundor. Scio enim cui
credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum
diem. formam habens sanorum verborum que a me audisti in fide et
dilectione que est in christo ihesu. Bonum depositum custodi per spiritum
sanctum qui habitat in nobis. Scis enim hoc quod aversi sunt a me omnes qui
in asya sunt ex quibus est filoletus (philetus) et ermogenes. Det misericordiam dominus
onesifori domui quia sepe me refrigeravit et cathenam meam non eru-
buit. sed cum roma venisset sollicite me quesivit et invenit. Det
illi dominus invenire misericordiam a ~~[illegible]~~ domino in illa die et quanta ephesi
michi ministravit tu melius nosti. Capitulum II

Tu ergo fili mi confortare in gratia que est in christo ihesu et
que audisti a me per multos testes hec commenda fidelibus omnibus
qui ydonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles ihesu
christi. Nemo militans deo implicet se negociis secularibus ut ei
placeat cui se probavit. Nam et qui certat in agone non coronatur
nisi qui legittime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum
de fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus
intellectum. Memor esto dominum ihesum christum resurrexisse a mortuis

scd' euangeliu meu ex semine david / in quo laboro usqz ad vi
cula qi male operans / sed verbum dei non est alligatum / Ideo omnia sustin
neo propter electos / ut et ipsi salutem consequntur que est in xpo ihu
cum gloria celesti / Fidelis sermo / Nam si commortui sumus et conuiuemus
si sustinemus et conregnabimus / si negauimus / et ille negabit nos / si
enim non credimus ille fidelis permanet / Negare seipsum non potest /
Hec commone testificans coram deo / Noli verbis contendere / ad nichil
enim utile est nisi ad subuersionem audientium / Sollicite autem cura
teipsum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilem / recte tractantem
verbum veritatis / Prophana autem vana et vaniloquia deuita / multum
enim proficiunt ad impietatem / et sermo eorum ut cancer serpit / Ex quibus
est hymeneus et philetus / qui a veritate exciderunt / dicentes resurrectionem
iam factam / et subuerterunt quorundam fidem / Sz firmum fundamentum dei stat / ha
bens sigillum hoc / Cognouit dominus qui sunt eius / et discedat ab iniquitate
omnis qui nominat nomen domini / In magna autem domo non solum sunt
vasa aurea et argentea / sed lignea et fictilia / et quedam quidem in
honorem / quedam autem in contumeliam / Si quis ergo emundauerit se ab
istis / erit vas in honorem sanctificatum / et utile domino ad omne opus

thema ij

bonum pati. Juvenilia autem desideria fuge. Sectare vero iusticiam
fidem caritatem pacem cum hiis qui invocant dominum de corde puro. Stultas
autem et sine disciplina questiones devita. sciens quia generant lites
Servum autem domini non oportet litigare. sed mansuetum esse ad omnes
docibilem pacientem cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati
nequando det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem et resipiscant a dyaboli
laqueis. a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. iij capitulum

Hoc autem scito quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa.
et erunt homines seipsos amantes. cupidi. elati. superbi. blasfemi. parenti-
bus inobedientes. ingrati. scelesti. infideles. pactum non custodientes.
sine affectione. sine pace. criminatores. incontinentes. inmites. sine
benignitate. proditores. protervi. tumidi. voluptatum amatores magis
quam dei. habentes speciem quidem pietatis. virtutem autem eius abnegan-
tes et hos devita. Ex hiis enim sunt qui penetrant domos. et
captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis que ducuntur variis
desideriis. Semper discentes. et numquam ad scientiam veritatis pervenien-
tes. Quemadmodum autem iamnes et mambres restiterunt moysi.
ita et hii resistunt veritati. homines corrupti mente. et reprobi

tra fidē· sed vltra non pficiet Insipientia enim eorū manifesta erit
omnibus sicut et illorū fuit Tu autem assecutus es meam doctrinā
institucōnē, ppositū fidē longanimitatē dilectōm pacientiam·
psecuciones passiones qualia michi facta sunt antiochie ycho-
nie listris Quales psecuciones sustinui· et ex omnibus me eri-
puit dns et omnes qui volunt pie viuere in xpo ihu psecucōem
patientur Mali autem homines et seductores pficient in peius er-
rantes et in errorem mittentes Tu vero pmane in hiis que
didicisti et credita sunt tibi· sciens a quo didiceris· et quia ab infan-
cia sacras litteras nosti que te possunt instruere ad salutem pfidem
que est in xpo ihu Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad
docendum· ad arguendum ad corripiendum· ad erudiendum in iusticia
ad disciplinam· vt pfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus
Testificor coram deo et xpo ihu qui iudicaturus est iiij ca
viuos et mortuos p aduentum ipsius et regnum eius pdica verbum
insta opportune importune argue obsecra· increpa· in omni paciencia
et doctrina Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad
sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus Et a

veritate quidē auditū avertent / ad fabulas aūte ꝯvertent. Tu aūt
vigila in omnib; labora. opus fac evvangeliste / misteriū tuū aūte
imple. sobrius esto / Ego eīn iam delibor / et tpus mee reso-
lucionis instat. Bonū certamē certaui cursū ꝯsūmaui / fidē ſuaui
De derelīquo / reposita est michi corona iusticie quā reddet
m̄ dns in illa die iust; iudex / No solū aūte michi / sed et hijs
q̄ diligūt adventū eius / ffestina venire ad me cito / Demas
eīn me dereliquit diligens hoc seclm̄ / et abijt thessalonicam
crescēs in galatia. tytus in dalmacia. lucas meū est solus.
marcū assume et adduc tecum. Est eīn ci vtilis michi in mi-
sterium / Ty titū aūte misi ephesū / penulā quam reliq troade
apud carpum. veniēs ad me. affer tecū et libros maxie aūt
membranas / Allexander erarius multa mala m̄ ondit / reddet
illi dns sedm̄ opera eius / et quē et tu deuita / valde eīn restitit
vbis nris / In pma aūte mea defensione nemo michi affuit
Sz omīs me dereliquerunt / no illis imputet / Dns aūte michi
astitit / et ꝯfortauit me. vt p me pdicacio ipleat̄ et ut audiat
omīs gentes q liberatus sum de ore leonis / liberauit me dns

ab omni opere malo et saluum faciet in regnum suum celeste cui gloria
in secula seculorum amen. Saluta priscam et aquilam et honesifori
domum. Erastus autem remansit corinthi. Trophimum autem reliqui
infirmum mileti. festina ante hyemem venire. Salutat te eubo
lus et pudens et linus et claudia et fratres omnes. dominus ihesus xpistus
cum spiritu tuo. gratia dei vobiscum amen. Incipit argumentum in epistolam ad titum

Titum commonefacit [commanere] et instruit de constitutione presbiterii
et de spirituali conuersatione et hereticis uitandis qui in scrip
turis iudaicis alios seducebant. scripta a laodicia [a nicopoli] Incipit epistola ad titum

Paulus seruus dei apostolus autem xpisti ihesu secundum fidem electorum
dei et agnitionem veritatis que secundum pietatem est in spe
vite eterne quam promisit qui non mentitur deus ante tempora
secularia. manifestauit autem temporibus suis verbum suum in predicatione que
credita est michi secundum preceptum saluatoris nostri dei. Tyto dilecto
filio suo secundum communem fidem. gratia et pax a deo patre et xpisto ihesu
saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te crete ut ea que desunt
corrigas et constituas per ciuitates presbiteros. sicut et ego tibi dispo-
sui. Si quis sine crimine est vnius vxoris vir. filios habens fide-

les non in accusatione luxurie aut non subditos. Oportet enim
episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum non biligue
non iracundum. non vinolentum. non percussorem non turpis lucri cupidum.
Sed hospitalem. benignum. prudentem, sobrium, iustum. sanctum. continentem
amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem ut potens sit ex
hortari in doctrina sana Et eos qui contradicunt arguere Sunt enim multi
inobedientes. vaniloqui et seductores maxime autem qui de circumcisione
sunt quos oportet redargui qui universas domos subvertunt docentes
que non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius
eorum propheta. Cretenses enim semper mendaces male bestie ventris pigri
Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure. ut et
sani sint in fide. non intendentes iudaicis fabulis et mandatis
hominum aversantium se veritate. Omnia enim munda mundis coinquinatis
autem et infidelibus nichil est mundum sed inquinate sunt eorum et
mentes et conscientia. Confitentur se nosse deum factis autem negant. cum
sint abhominati et incredibiles et ad omne opus bonum reprobi
Tu autem loquere que decet sanam doctrinam. Senes. ii. ca
ut sobrii sint, pudici. prudentes sani in fide. et in dilectione

in patria. anus similiter in habitu sancto. non criminatrices / non vino multo
servientes. bene docentes / ut prudenciam doceant adolescentulas
ut viros suos ament / filios diligant. prudentes castas sobrias /
domus curam habentes / benignas subditas suis viris / ut non blas
phemetur verbum dei / Iuvenes similiter hortare ut sobrii sint / In omnibus
teipsum prebe exemplum bonorum operum in doctrina in integritate in ca:
stitate in gravitate / verbum tuum sanum et irreprehensibile. ut his
qui ex adverso est vereatur / nichil habens dicere de vobis malum
Servos dominis suis subditos esse in omnibus placentes non contradicentes
non fraudantes sed in omnibus fidem bonam ostendentes / ut doctrinam
salvatoris nostri + hominibus / erudiens nos ut abnegantes omnem impie-
tatem et secularia desideria / sobrie et iuste / et pie vivamus in hoc seculo
expectantes beatam spem / et adventum glorie magni dei / et salva
toris nostri ihesu christi / qui dedit semetipsum pro nobis / ut nos redimeret
ab omni iniquitate / et mundaret sibi populum acceptabilem / sectato:
rem bonorum operum / Hec loquere et exhortare / et argue cum omni
imperio Nemo te contempnat / Titum iii Admone illos princi-
pibus et potestatibus subditos esse. dicto obedire. ad omne opus bonum

+ ornent in omnibus. apparuit et gratia dei et salvatoris nostri in omnibus

patos esse, neminem blasphemare. Non litigiosos esse sed mode-
stos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim
et nos insipientes aliquando et increduli, errantes et deservientes de-
sideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes,
odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas et humanitas ap-
paruit salvatoris nostri dei, non ex operibus iustitie que fecimus nos, sed
secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et reno-
vationis spiritus sancti, quem effudit in nos habunde, per Iesum Christum salva-
torem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite
eterne. Fidelis sermo est. Et de hiis volo te confirmare, ut curent
bonis operibus preesse qui credunt deo. Hec enim sunt bona et utilia
hominibus. Stultas autem questiones et genealogias, et contentiones et
pugnas legis devita, sunt enim inutiles et vane. Hereticum hominem
post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui
eiusmodi est et delinquit (siquit), cum sit proprio iudicio condempnatus. Cum misero
ad te Arthemam aut Tyticum, festina ad me venire Nicopolim
Ibi enim statui hiemare. Zenam legisperitum et Appollo sollicite premitte,
ut nichil illis desit. Discant autem et nostri bonis operibus preesse

adversus necessarios ut non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus nobis amen.

Incipit argumentum in epistolam pauli ad philemonem

Philemoni familiares litteras facit pro onesimo servo eius. Scribit autem ei ab urbe roma de carcere.

Sequitur epistola ad philemonem

Paulus vinctus ihesu christi et thimotheus frater philemoni dilecto et adiutori nostro et appie sorori carissime et archippo commilitoni nostro et ecclesie que in domo tua est. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis audiens caritatem tuam et fidem quam habes in domino ihesu et in omnes sanctos ut communicatio fidei tue evidens fiat in agnitione omnis boni operis in christo ihesu. Gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua quia viscera sanctorum requieverunt per te frater semper. Propter quod multam fiduciam habens in christo ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet propter caritatem magis obsecro cum sis talis ut paulus senex nunc autem et vinctus christi ihesu. Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis onesimo qui tibi aliquando inutilis fuit nunc autem michi et tibi utilis est quem remisi tibi. tu autem illum ut

Ad hebreos

Viscera mea suscipe que ego volueram mecum detinere ut pro
michi ministraret in vinculis ewangelij sine consilio autem tuo
nichil volui facere ut ne veluti ex necessitate bonum tuum esset sed
voluntarium. forsitan enim ideo discessit ad horam a te ut in eternum
illum reciperes iam non sicut servum sed plus pro servo carissimum
fratrem maxime michi quanto autem magis tibi et in carne et in domino
Si ergo habes me socium. suscipe illum sicut me Si autem aliquid
nocuit tibi aut debet hoc michi imputa Ego paulus scripsi hec tibi mea
manu. ego reddam ut non dicam tibi quod et teipsum michi debes Ita frater
ego te fruar in domino refice viscera mea in christo Confidens de
obediencia tua scripsi tibi sciens quoniam et super id quod dico facies Simul
autem et para michi hospicium Nam spero per oraciones vestras donari
me vobis Salutat te epaphras concaptivus meus in christo marcus et aristarcus. demas lucas adiutores mei Gracia domini
nostri ihesu christi cum spiritu vestro Amen Hic prologus deest pomi

Incipit epistola beati pauli ad hebreos

Multipharium multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis Novissime diebus istis locutus est nobis
in filio quem constituit heredem universorum per quem fecit et

Incipit argumentum in epistolam ad hebreos

prologus

In primis dicendum est cur paulus apostolus in hac epistola scribenda non servavit morem suum ut vel vocabulum nominis sui vel ordinis describeret dignitatem. hec causa est quod ad eos scribens qui ex circumcisione crediderant quasi gentium apostolus et non hebreorum sciens quoque eorum superbiam suamque humilitatem ipse demonstrans meritum officii sui noluit anteferre. Nam simili modo etiam iohannes apostolus propter humilitatem suam in epistola sua nomen suum eadem racione non pretulit. hanc ergo epistolam fertur apostolus ad hebreos conscriptam hebraica lingua misisse: cuius sensum et ordinem retinens lucas ewangelista post excessum beati apostoli pauli greco sermone composuit

scla. Cui cu sit splendor glie et figura substancie eius / portas
qz omnia verbo virtut sue. purgatiom pctoz faciens / sedet ad
dexteraz maiestat in excelsis / Tanto melior effctus angelis
qnto differentius pillis nome hereditavit / Cui enim dixit aliqn an-
gelorz filius meus es tu ego hodie genui te / Et rursu Ego ero
illi in patre et ipe erit michi in filiu / Cum iterz introducit
pmogenitu in orbem tre dicit / Et adorent eu oms angeli dei
Et ad angelos quidz dicit / Qui facit angelos suos spus et mi-
nistros suos flamaz ignis / Ad filiu aute thronus tuus deus in
sclm seculi / Et uga equitat uirga regni tui / Dilexisti iusticiam
et odisti iniqtate / ppterea vnxit te deus. deus tuus oleo iusticie
leticie pre participibus tuis / Et tu in pncipio dne / terram fundasti
et opa manuu tuaz sut celi / Ipi aute peribut tu aute pmanebis
/ et oms ut vestimetu veterascent / et velut amictu mutabis eos /
/ et mutabuntur / Tu aute idz ipse es / et anni tui non deficient / Ad
que aute angeloz dixit aliqn sede a dextris meis q adusqz
pona inimicos tuos scabellu pedu tuoz / Nonne sut oms administratory
spus in ministeriu missi ppter eos qui hereditate capient salutis

Propterea habundancius oportet observare nos ea II c.
que audivimus ne forte effluamus. Si enim qui per angelos dictus est
sermo factus est firmus, et omnis prevaricacio et inobediencia accepit
iustam mercedis retribucionem: quo nos effugiemus si tantam negle:
xerimus salutem. Que cum inicium accepisset enarrari per dominum ab
eis qui audierunt in nos confirmata est, contestante deo signis
et portentis et variis virtutibus et spiritus sancti distribucionibus secundum
suam voluntatem. Non enim angelis subiecit deus orbem terre
futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quidam dicens
Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visi
tas eum. Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria et honore
coronasti eum. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo autem quod ei omnia sub
iecit, nichil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum ei
videmus omnia subiecta esse. Eum autem qui modico quam
angeli minoratus est, videmus Ihesum Christum propter passionem mortis mor-
tis gloria et honore coronatum, ut gracia dei pro omnibus gu
staret mortem. Decebat enim eum Christum propter quem omnia [et per quem omnia] qui multos

filios in gloriam adduxerat/ auctore salutis eorum per passionem con
summari. Qui enim sanctificat/ et qui sanctificantur ex uno omnes/ propter quam
causam/ non confunditur fratres eos vocare dicens. Narrabo nomen tuum
fratribus meis in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens
in eum/ Et iterum. Ecce ego et pueri mei/ quos michi dedit
dominus. Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini/ et ipse similiter
participavit eisdem/ ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis im
perium et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii
erant servituti. Nusquam enim deus angelos apprehendit/ sed semen
abrahe apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus similari/ ut misericors fieret
et fidelis pontifex ad deum/ et ut repropiciaret delicta populi. In eo
enim in quo passus est ipse et temptatus/ potens est et eis qui temptantur
Unde fratres sancti/ vocationis celestis iii capitulum/ auxilium
participes/ considerate apostolum et pontificem confessionis nostre ihesum christum. Qui
fidelis est ei qui fecit illum sicut et moyses fidelis erat in omni
domo illius. Amplioris enim glorie iste pre moyse dignus habitus
est/ quanto ampliorem honorem habet domus is qui fabricavit illam/ Omnis
namque domus fabricatur ab aliquo/ Qui autem omnia creavit deus est. Et moy

ses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium
eorum que dicenda erant / xpc vero tanquam filius in domo sua. que
domus sumus nos. si fiduciam et gloriam spei usque ad finem
firmam retineamus / Quapropter sicut spiritus sanctus dicit / hodie si vocem eius
audieritis nolite obdurare corda vestra. sicut in exacerbacione secundum
diem temptacionis in deserto / ubi temptauerunt me patres vestri probauerunt
et viderunt opera mea. Quadraginta annis / propter quod offensus fui ge-
neracioni huic / et dixi semper hij errant corde / ipsi vero non cognouerunt vi-
as meas / quibus iuraui in ira mea / si introibunt in requiem meam / vide-
te itaque fratres / ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis
discedendi a deo viuo / Sed adhortamini vos metipsos per singulos
dies / donec hodie cognominatur / vt non obduretur quis ex vobis fallacia
peccati / participes enim xpi effecti sumus / si tamen inicium substancie eius
usque ad finem firmum retineamus / dum dicitur hodie si vocem eius audieritis
nolite obdurare corda vestra. quemadmodum in illa exacerbacione /
Quidam enim audientes exacerbauerunt / sed non omnes qui profecti sunt ab
egipto per moysen / Quibus autem offensus est quadraginta annis
Nonne illis qui peccauerunt / quorum cadauera prostrata sunt in deserto /

quibus aute iurau͡i ut no introirent in requiem ipius nisi illi
q increduli fuerut / Et videmus qz no potuerunt introire in requiez
ipius propter incredulitate Capitulum quartum Timeamus ergo sicut
ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiez eius existimet
aliquis ex vobis deesse / etenim et nobis nunciatum est que admodum et
illis / sed no profuit illis sermo auditus no admixtus fidei ex hiis que
audierunt / Ingrediemur enim nos in requiem qui credimus quemad
modum dixit / sicut iuraui in ira mea . si introibunt in requiem meam
Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis / dixit enim in quodam
loco de die septima sic / Et requieuit deus die septimo ab omnibus
operibus suis / Et in isto loco rursum Si introibunt in requiem meam
Cum ergo superest quosdam introire in illam / et hii quibus in prioribus
annunciatum est non introierunt propter illorum incredulitatem / Iterum
terminat diem quedam / hodie in dauid dicendo / post tantum temporis
sicut supra dictum est / hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare
corda vestra que admodum in illa exacerbatione Nam si eis ihesus
dare requiem prestitisset / nunquam de alia loqueretur / post hanc diem itaque
relinquitur sabbatismus populo dei Qui enim ingressus ingressus

est in requiem eius/ Etiam ipse requievit ab operibus suis sicut et
a suis deus/ Festinemus ergo ingredi in illam requiem ut ne in id
ipsum quis incidat incredulitatis exemplum/ Vivus est enim dei ser-
mo et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti/ et pertingens
usque ad divisionem anime ac spiritus/ Compagum quoque et medullarum
et discretor cogitationum et intentionum cordis/ et non est ulla
creatura invisibilis in conspectu eius/ omnia autem nuda et aperta
sunt oculis eius ad quem est nobis sermo/ Habentes ergo pontificem ma-
gnum qui penetravit celos ihesum filium dei/ Teneamus spei nostre con-
fessionem eius/ Non enim habemus pontificem qui non possit compati in-
firmitatibus nostris/ temptatum autem per omnia pro similitudine absque peccato
Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius ut misericordiam consequamur
et gratiam inveniamus in auxilio oportuno : . v . c

Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur
in hijs que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis/ qui condo-
lere possit hijs qui ignorant et errant/ Quoniam et ipse circumdatus est infir-
mitate/ Et propterea debet quemadmodum et pro populo, ita etiam offerre
pro semetipso et pro peccatis/ Nec quisquam sumit sibi honorem/ sed qui vocatur

a deo vocatur tamquam aaron / sic et xpus non semetipsum clarificavit
ut pontifex fieret / sed qui locutus est ad eum filius meus es tu ego hodie
genui te / quemadmodum et in alio loco dicit Tu es sacerdos in eternum
secundum ordinem melchisedech. qui in diebus carnis sue preces sup
plicationesque ad eum qui possit illum salvum a morte facere cum clamore
valido et lacrimis offerens. et exauditus est pro sua reverentia / Et
quidem cum esset filius dei didicit ab eis que passus est obedientiam / et con
summatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne / Appellatus
a deo pontifex iuxta ordinem melchisedech de quo grandis sermo
nobis et ininterpretabilis ad dicendum quoniam inbecilles facti estis ad audi
endum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis ut vos
doceamini que sint elementa exordii sermonum dei / et facti estis quibus
lacte opus sit non solido cibo / Omnis enim qui lactis est particeps expers est
sermonis iustitie / parvulus enim est / perfectorum autem est solidus cibus eorum
qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali
Quapropter intermittentes inchoationis xpi sermonem ad vj c
perfectionem feramur / non rursum iacientes fundamentum penitentie ab operibus
mortuis / et fidei ad deum baptismatum doctrine, impositionis quoque

manuum ac resurrectionis mortuorum et iudicii eterni / et hoc faciemus
siquidem permiserit deus / Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati gu-
staverunt etiam donum celeste et participes sunt facti spiritus sancti Gustaverunt
nichilominus bonum verbum dei virtutesque seculi venturi · et prolapsi sunt
renovari rursus ad penitentiam Rursus crucifigentes sibi metipsis filium dei
et ostentui habentes Terra enim sepe venientem super se bibens ymbrem
et generans herbam oportunam illis a quibus colitur accipit bene-
dictionem a deo proferens autem spinas ac tribulos / reproba est et
maledicto proxima · cuius consummatio in combustionem veniet / Con-
fidimus autem de vobis dilectissimi meliora et viciniora saluti / tamen
et si ita loquimur Non enim iniustus est deus ut obliviscatur operis
vestri et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius qui ministrastis
sanctis et ministratis / Cupimus autem unumquemque vestrum eandem ostentare
sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem ut non segnes
efficiamini verum imitatores eorum qui fide et patientia hereditabunt
promissiones Abrahe namque promittens deus quoniam neminem ha-
buit per quem iuraret maiorem iurat per semetipsum dicens Nisi be-
nedicens benedicam tibi / Et multiplicans multiplicabo te / Et sic lon-

iurauit fereus adeptus repromissionem. homines enim per maiorem se iurant
Et omnis controversie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo ha
bundancius volens deus ostendere pollicitationis heredibus et inmobi
litatem consilii sui interposuit iusiurandum, ut per duas res inmobiles
quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solacium habeamus
qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram
habemus anime tutam ac firmam et incedentem usque ad interiora vela
minis ubi precursor pro nobis introivit ihesus secundum ordinem melchisedech
pontifex factus in eternum. vii capitulum. Hic enim melchisedech rex
salem sacerdos dei summi, qui obviavit abrahe regresso a cede regum
et benedixit ei. cui decimas omnium divisit abraham. primum quidem
qui interpretatur rex iusticie. deinde autem rex salem quod est rex pacis. sine
patre sine matre. sine genealogia. neque inicium dierum neque finem
vite habens, assimilatus filio dei manet sacerdos in perpetuum. Intuemini
autem quantus sit hic cui et decimas de precipuis dedit abraham patriarcha.
Et quidem de filiis levi sacerdocium accipientes, mandatum habent
decimas sumere a populo secundum legem idest a fratribus suis. quamquam et ipsi
exierunt de lumbis abrahe. Cuius autem generacio non adnumeratur in eis de

cimas sumpsit ab abraham et eum qui habebat repromissiones benedixit

Sine autem ulla contradictione quod minus est a meliore benedicitur et hic

quidem decimas morientes homines accipiunt illic autem contestatur quia

vivit Et ut ita dictum sit per abraham et levi qui decimas accepit

decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat cum obviavit ei mel

chisedech Si ergo consummatio per sacerdotium leviticum erat/ populus

enim sub ipso legem accepit quid adhuc necessarium fuit/ secundum ordinem

melchisedech alium sacerdotem surgere/ et non secundum ordinem dici a

aron Translato enim sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat/

In quo enim hec dicuntur de alia tribu est de qua nullus altari presto fuit/

Manifestum est enim quod ex iuda sit ortus dominus noster/ in qua tribu nichil

de sacerdotibus moyses locutus est Et amplius adhuc manifestum est

si secundum similitudinem melchisedech exurgat alius sacerdos/ qui non secundum

legem mandati carnalis factus est/ sed secundum virtutem vite insolubilis Con-

testatur enim quoniam tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech

pane: Reprobatio quidem fit precedentis mandati propter infirmitatem eius

et inutilitatem Nichil enim ad perfectum adduxit lex/ introductio vero

melioris spei per quam proximamus ad deum/ Et quantum est non sine hoc

Ad he.
A sacerdotes facti sunt. hic em cum iureiurando per eu
iureiurado. Alij qd sine iureiurado per eu qui dixit ad illu Iu
ravit dns et non penitebit eu tu es sacerdos in etnu. In tantu melioris
testamti sponsor factus est ihus. Et alij qdm plures facti sunt sa
cerdotes sedm lege ideo quod morte phiberent permane. hic aute
eo quod maneat in etnu sempitnu habet sacerdotiu. Unde et sal
uare in ppetuu pt accedens psemetipm ad deu semp vivens
ad interpellandu pro nobis. Talis em decebat ut nobis eet ponti
fex sanctus innocens impollutus segregatus a pctoribus et excelsior
celis factus qui no ht cottidie necessitatem quemadmodu sacerdotes
Primus pro suis delictis hostias offerre deinde pro pplo. Hoc em semel
fecit se offerens deo dns nr ihus xpus. lex em homines consti
tuit sacerdotes infirmitate hentes. Sermo aute iurisiurandi qui post lege
est filiu in etnu pfctm constituit sacerdote. Capitulum at sr ea que
Talem habemus pontifice qui consedit viij ca. dicuntur
in dextera sedis magnitudinis in celis. Sanctorum minister et tabnaculi
veri quod fixit dns et no homo. Omnis pontifex em ad offe
renda munera et hostias constituitur. Unde necesse est et hunc hre
aliquid qd offerat. Si ergo eet sup terram. nec eet sacerdos. cu

essent qui offerret scdm legem munera· qui exemplari et umbre
deseruiunt celestium Sicut responsum est moysi cum consummaret thab:
naculum/ Vide inquit· omnia facito scdm exemplar quod tibi monstratum e
in monte/ Nunc autem melius sortitus est ministerium quanto et me:
lioris testamenti mediator est/ quod in melioribus repromissionibus
sanctitum est/ Nam si illud prius a culpa vacasset· non utique scdi loc9
inquireretur/ Vituperans enim eos dicit/ Ecce dies veniunt dicit dns/ et co
summabo sup domum isrl et sup domum iuda testamentum novum/ non scdm
testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum
illorum ut educerem illos de terra egypti· quoniam ipsi non permanserunt in testa
meo· et ego neglexi eos dicit dns/ quia hoc est testamentum quod dispo
nam domui isrl/ post dies illos dicit dns/ dando leges meas i mente
eorum et in corde eorum superscribam eas/ et ero eis in deum et ipsi erunt
mihi in ppulum/ Et non docebit unusquisque proximum suum et unusquisque
fratrem suum dicens· cognosce deum/ quoniam omnes scient me a minore
usque ad maiorem eorum/ quia propicius ero iniquitatibus eorum et peccatorum illorum
iam non memorabor/ Dicendo autem novum veteravit prius/ Quod autem
antiquatur et senescit prope interitum est/ ic Capitulum ix

Habuit quidem et prius iustificationes culture et sanctum seculare
Thabernaculum enim factum est primum in quo erant candelabra et
mensa et propositio panum quod dicitur sancta / Post velamentum autem secundum tha
bernaculum quod dicitur sancta sanctorum aureum habens thuribulum et archam
testamenti circumtectam ex omni parte auro in qua erat urna aurea habens
manna et virga aaron que fronduerat et tabule testamenti
Super eam (quam) erant cherubin glorie obumbrancia propiciatorium de quibus
non est modo dicendum per singula / Hiis vero ita compositis in priori quidem
thabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consumantes
In secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem
offerret pro sua et populi ignorancia / hoc significante spiritu sancto nondum
propalatam esse sanctorum viam / Adhuc priore thabernaculo habente statum
Que parabola est temporis instantis iuxta quam munera et hostie offe
runtur que non possunt iuxta conscienciam perfectum facere servientem solummodo in
cibis et potibus et variis baptismatibus et iusticiis carnis ~~iuxta~~
usque ad tempus correccionis inpositis / Christus autem assistens pontifex fu
turorum bonorum per amplius et perfectius thabernaculum non manu
factum i. non huius creacionis / neque per sanguinem hircorum et vitulorum

sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redep
cione inventa. Si enim sanguis hyrcorum et taurorum et cinis vi
tule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto ma
gis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit inmaculatum
deo emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum deo vi
venti. Et ideo novi testamenti mediator est ut morte intercedente in re:
demptionem earum prevaricationum que erant sub priore testamento repromis
sionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Ubi enim est testamentum
mors necesse est ut intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis
confirmatum est. Alioquin nondum valet esse quamdiu vivit qui testatus
est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim
omni mandato legis a moyse universo populo accipiens sanguinem vitulorum
et hyrcorum cum aqua et lana coccinea et ysopo ipsum quoque librum
et omnem populum aspersit dicens: Hic est sanguis testamenti quod ma
davit ad vos deus. Etiam tabernaculum et omnia vasa ministerii sanguine
similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine mundantur secundum legem. Et sine
sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Necesse est ergo exempla
ria quidem celestium hiis hostiis mundari. Ipsa autem celestia melioribus

hostys quam istius esse videtur / Non enim in manu facta sancta ihesus introivit exemplaria verorum; sed in ipsum celum ut appareat nunc vultui dei pro nobis / neque ut sepe offerat semetipsum quemadmodum pontifex intravit sancta per singulos annos in sanguine alieno alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi / Nunc autem semel in consummacione seculorum ad destitucionem peccati per hostiam suam apparuit et quemadmodum statutum est hominibus semel mori r. ta

Post hoc autem iudicium sic et christus semel oblatus est ad multorum exhauriendo peccata / Secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem / umbram enim habens lex bonorum futurorum, non ipsam ymaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter nunquam potest accedentes perfectos facere / alioquin cessassent offerri / eo quod nullam haberent ultra conscienciam peccati cultores semel mundati / sed in ipsis commemoracio peccatorum per singulos annos fit in alieno sanguine / Inpossibile enim est sanguinem thaurorum et hircorum auferri peccata / Ideo ingrediens mundum dicit hostiam et oblacionem noluisti / corpus autem aptasti michi / holocaustomata et pro peccato non tibi placuerunt / tunc dixi. ecce venio / in capite libri scriptum est de me. ut faciam deus voluntatem

tua. Superius dicens quia hostias et oblationes et holocaustomata pro peccato
noluisti nec placita sunt tibi que secundum legem offeruntur. Tunc dixi
ecce venio ut faciam deus voluntatem tuam. Aufert primum ut sequens
statuat in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis ihesu christi
semel. Et omnis quidem sacerdos presto est cotidie ministrans et easdem
sepe offerens hostias que numquam possunt auferre peccata. Hic enim
unam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera dei de
cetero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.
Una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Contestatur
autem et nos spiritus sanctus. Postquam enim dixit. Hoc autem est testamentum
eius quod testabor ad illos post dies illos dicit dominus. Dabo leges
meas in cordibus eorum et in mentibus eorum superscribam eas et peccatorum et iniqui
tatum eorum iam non recordabor amplius. Ubi autem horum remissio
est iam non oblatio pro peccato. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum
in sanguine christi quam initiavit nobis viam novam et viventem per vela-
men id est carnem suam et sacerdotem magnum super domum dei. Accedamus
cum vero corde et plenitudine fidei aspersi corda a consciencia mala et
abluti corpus aqua munda teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem

fidelis est enim deus qui repromisit, et consideremus invicem in provocationem ca-
ritatis et bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut est con-
suetudinis quibusdam, sed consolantes invicem, et tanto magis quanto vi-
deritis appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus nobis post accep-
tam noticiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis
autem quedam expectatio iudicii et ignis emulatio que consumptura
est adversarios. Irritam enim quis faciens legem moysi sine ulla
miseratione duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis
deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcaverit et sanguinem
pollutum duxerit testamenti in quo sanctificatus est, et spiritui gratie
contumeliam fecerit. Scimus enim qui dixit, michi vindicta et ego
reddam, dicit dominus. Et iterum quia iudicabit dominus populum suum. Horrendum
est incidere in manus dei viventis. Rememoramini autem pristinos dies
in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, et in
altero quidem obprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero
autem socii taliter conversantium estis effecti. Nam et vinctis compassi
estis, et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscen-
tes vos habere meliorem et manentem substantiam in celis. Nolite itaque

amittere ofidentiā vrām que magnā hȝ remuneracoꝫ / Pacīa
eīm vob nccā est / ut volūtate dei facientes reportet pmissioꝫ
Ad huc eīm modicū aliquantuluꝫꝫ qui venturꝰ est veniet et
no tardabit / Iustꝰ aute meus ex fide mea vivit / Quod si subtra-
xerit se non placebit aīe mee, Nos aute no sumꝰ subtractionis
filij in pdicoīn sed fidei in aquisitionem anime / xj capitulum
Est aute fides sperādaꝝ suba rerū argumtū no apparentiū
In hac eīm testimoniū osecuti sunt senes / fide intelligimꝰ aptata
ee scla verbo dei ut ex invisibilibꝰ visibilia fierent. ffide
plurimā hostiā abel quā cayn obtulit deo · p quā testimoniū
osecutꝰ est ee iustꝰ / testio'ꝫ phibente muneribꝰ eius deo / et p
illā defunctus adhuc loqtur / ffide enoch translatꝰ est ne videret
morte et non inveniebat / qz transtulit illū deus / ante transla
tionē enim testimoniū hūit placuisse deo Sine fide aute impossibile
e placere deo / Credere eīm apportet accedētē ad dnm̄ · qz e,
et inqrentibꝰ se remunerator sit / fide noe responso accepto
de hijs que adhuc no videbant metuens aptat archam in sa-
lute domus sue / p quā dapnat mundū / et iusticie que p fide

est heres institutus. Fide qui vocatur abraham obediuit in locum
exire quem accepturus erat in hereditatem. Et exiuit nesciens quo
iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tamquam in aliena in casulis
habitando cum ysaac et iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabat
enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex et conditor est deus
Fide et ipsa sara sterilis virtutem in conceptionem seminis sumpsit accepit
Etiam preter tempus etatis quoniam fidelem credidit eum qui repromiserat
propter quod et ab uno orti sunt et hoc emortuo tamquam sidera celi
in multitudine et sicut arena que est ad oram maris innumerabilis
Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus sed
a longe eas aspicientes et salutantes et confitentes quia peregrini et
hospites sunt super terram. Qui enim dicunt hec significant se patriam in-
querere. Et si quidem illius meminissent de qua exierunt habebant utique tempus
reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt id est celestem. Ideo non confunditur
deus vocari deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. Fide ob-
tulit abraham ysaac cum temptaretur et unigenitum offerebat in quo su-
sceperat repromissiones ad quem dictum est quia in ysaac vocabitur tibi
semen arbitrans quia et a mortuis eum potens est suscitare deus. Unde

et eum in parabolam accepit/ Fide et de futuris benedixit ysaac iacob
et esau Fide iacob moriens singlos filios Joseph benedixit et a
dorat fastigium virge eius/ Fide ioseph moriens de profectione filiorum
israel memoratus est et de ossibus suis mandat/ Fide moyses natus
occultatus est mensibus tribus a parentibus suis/ eo quod vidisset eum ele
gantem infantem/ Et non timuerunt regis edictum/ Fide moyses
grandis effectus negavit se esse filium filie pharaonis magis eli
gens affligi cum populo dei quam temporalis peccati habere iocunditatem/ Ma
iores divitias estimans thesauro egyptiorum improperium christi aspi
ciebat enim in remuneratorem dei Fide reliquit egyptum non veritus
animositatem regis Invisibilem enim tamquam videns sustinuit/ Fide
celebravit pascha et sanguinis effusionem ne qui (angell) vastabat primitiva
egyptiorum tangeret eos/ Fide transierunt mare rubrum tamquam per a
ridam terram/ quod experti egyptii devorati sunt Fide muri iericho
corruerunt circuitu dierum septem Fide raab meretrix non periit cum
incredulis excipiens exploratores cum pace/ Et quid adhuc dicam
Deficiet enim tempus enarrandi de gedeon · (de baruch, de) barach sampson iepthe
et david et samuel et aliis prophetis qui per fidem devicerunt regna

opati sut iustitiam· adepti sunt repmissiones/ obturauerut ora leonu· extinxerut impetu ignis· effugauerut acie gladij/ conualuerut de infirmitate· fortes facti sut in bello/ castra verterut extero2/ acceperut mulieres de resurrectione mortuos suos Alij aute distenti sut no suscipientes redeptione vt meliore inuenirent resurrectio2/ Alij vero ludibria et verbera experti insup et vincula et carceres lapidati sunt/ secti sut lapidum sut/ teptati sut/ in occisione gladij mortui sut/ Circuierut in melotis et in pellibus caprinis egentes/ angustiati afflicti quibus dignus no erat mudus In solitudinibus errantes/ et in motibus· et in speluncis et in cauernis terre Et hij omnes testimonio fidei pbati inuenti sunt Non acceperut repmissio2 deo pro nobis aliqd melius puidete vt ne sine nobis consumarent xij c

Ideoqz et nos tantaz hentes impositam nubem testiu/ deponetes omne pondus et circustans nos peccatu, per pacientia curram ad ppositum nobis certam aspicientes in auctore fidei et consumatorem ihm xpm qui ppposito gaudio sibi sustinuit cruce confusione contempta· atqz in dextera dei sedens ascendit Recogitate em eu qui talem sustinuit

a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis
vestris deficientes / nondum enim usque ad sanguinem restitistis adversus
peccatum repugnantes / et obliti estis consolationis que vobis tamquam filiis
loquitur dicens. Fili mi noli negligere disciplinam domini. neque
fatigeris dum ab eo argueris / Quem enim diligit dominus castigat / fla
gellat autem omnem filium quem recipit / In disciplina perseverate tamquam
filiis vobis offert se deus / Quis enim filius quem non corripit pater
quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes / ergo
adulteri et non filii estis / Deinde patres quidem carnis nostre ha:
buimus eruditores et reverebamur eos non multo magis obtemperabimus
patri spirituum et vivemus. Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum vo
luntatem suam erudiebant nos / Hic autem ad id quod utile est in recipi=
endo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur
non esse gaudii sed meroris / postea autem fructum pacatissimum exercitatis
per eam reddet iustitie / Propter quod remissas manus et soluta ge
nua erigite / et gressus rectos facite pedibus vestris / ut non claudicans
quis erret. Pacem autem sequimini cum omnibus et sanctimoniam
sine qua nemo videbit deum / contemplantes ne quis desit gratie dei. neque

radix amaritudinis rursum germinans impediat et per illam coin-
quinentur multi Ne quis fornicator aut prophanus ut ezau qui
propter unam escam vendidit primogenita sua Scitote enim quoniam
et postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est Non enim
invenit penitencie locum quamquam cum lacrimis inquisisset eam Non enim acce-
sistis ad tractabilem et accessibilem ignem et turbinem et caliginem
et procellam et tube sonum et vocem verborum quam qui audierunt
excusaverunt se ne eis fieret verbum Non enim portabant quod dicebatur
Et si bestia tetigerit montem lapidabitur Et ita terribile erat quod
videbatur Moyses dixit exterritus sum et tremebundus Sed acces-
sistis ad syon montem et civitatem dei viventis iherusalem celestem et mul-
torum milium angelorum frequenciam et ecclesiam primitivorum qui conscripti
sunt in celis et iudicem omnium deum et spiritus iustorum perfectorum et te-
stamenti novi mediatorem ihesum et sanguinis aspersionem melius
loquentem quam abel Videte ne recusetis loquentem vos vobis Si
enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur
multomagis nos qui de celis loquentem nobis avertimus cuius vox
vox movit terram tunc Nunc autem repromittit dicens Adhuc semel et ego

monebo non solum terram sed eciam celum Quod autem adhuc semel
dicit declarat mobilium translacionem tanquam factorum ut maneant
ea que sunt inmobilia Itaque regnum inmobile suscipientes habemus graciam per quam
serviamus placentes deo cum metu et reverencia Etenim deus noster ignis
consumens est Caritas fraternitatis maneat in vobis et ho- Cam xiii
spitalitatem nolite oblivisci per hanc enim placuerunt quidam deo
angelis hospicio acceptis Mementote vinctorum tanquam simul vincti
et laborancium tanquam et ipsi in corpore morantes Honorabile conubium
sit in omnibus et thorus inmaculatus Fornicatores autem et adulteros
iudicabit deus Sint mores sine avaricia contenti presentibus ipse
enim dixit Non te deseram neque derelinquam ita ut confidenter dicamus
Dominus michi adiutor est non timebo quid faciat michi homo Meme-
tote prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei quorum intuentes
exitum conversacionis imitamini fidem Ihesus Christus heri et hodie ipse et
in secula permanebit Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci
Optimum est enim in gracia stabilire cor non escis que non profuerunt
ambulantibus in eis Habemus altare de quo edere non habent potestatem
qui tabernaculo deserviunt Quorum enim animalium infertur sanguis pro

peccato in sancta pontificem/ horum corpora cremantur extra castra propter
castra
quod et ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam
passus est/ Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius por-
tantes Non habemus enim hic manentem civitatem sed futuram inquirimus/
Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo id est fructum labiorum con-
fitentium nomini eius Beneficentie autem et communionis communicationis nolite
oblivisci. Talibus enim hostiis promeretur deus/ Obedite prepositis
vestris et subiacete eis/ Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus
vestris reddituri/ Ut cum gaudio hoc faciant et non gementes/ Hoc enim
non expedit vobis/ Orate pro nobis Confidimus enim quia bonam conscientiam
habemus in omnibus bene volentes conversari/ Amplius autem deprecor vos
hoc facere quo celerius restituar vobis/ Deus autem pacis qui
eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine te-
stamenti eterni dominum nostrum ihesum christum aptet vos in omni opere bono
ut faciatis voluntatem eius/ ipse faciens in vobis quod placeat
coram se per ihesum christum dominum nostrum cui gloria in secula seculorum Amen
Rogo vos autem fratres ut sufferatis verbum solacii/ Etenim perpaucis
scripsi vobis Cognoscite fratrem nostrum thimotheum dimissum

Cum quo si velocius venerit videbo vos. Salutate omnes prepositos
vestros et omnes sanctos. Salutant vos fratres de Ytalia. Gratia cum
omnibus vobis Amen. Incipit Prologus b. Jeronimi de actibus apostolorum

Lucas syrus antiochensis natione syrus cuius laus in evangelio
canitur, apud antiochiam medicine artis egregius
et apostolorum xpi discipulus fuit. Postea usque ad confessionem
pauli secutus est apostolum sine crimine in virginitate permanens domino
maluit deservire qui lxxiiii habens etatis annos in bithinia
obiit plenus spiritu sancto. Hic igitur spiritu sancto instigante postquam
in achaie partibus evangelium scribens grecis fidelibus incarnacionem
dei fideli narratione ostendit. Eundemque ex stirpe david descen-
disse monstravit. Cui non in merito apostolorum actuum potestas in ministerio — scribendorum
datur deo in deum pleno et filio perdicionis extincto. oracione ab apostolis
facta, sorte domini electionis numerum compleret. Sicque paulum con-
sumationem apostolicis actibus daret. Quem diu contra stimulum calcitran-
tem dominus elegisset. Nam legentibus ac requirentibus deum brevi voluit
potius sermone ostendere quam prolixius aliquid fastidientibus prodi-
disse. Sciens quod laborantem agricolam oportet de fructi-
bus suis edere. Quare ita divina est subsecuta gratia ut non solum
corporibus sed etiam animabus eius proficeret medicina. Incipit liber actuum

Primum quidem sermonem feci de omnibus apostolorum cap. 1
o theophile que cepit ihesus facere et docere, usque in diem
qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assump-
tus est. Quibus et prebuit seipsum vivum post passionem suam
in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis et lo-
quens de regno dei. Et convescens precepit eis ab iherosolimis ne discederent

sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum
quia iohannes quidem baptisavit aqua vos autem baptisabimini spiritu sancto
non post multos hos dies. Igitur qui convenerant interrogabant eum
dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel. Dixit autem
illis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua
potestate sed accipietis virtutem supervenientis spiritus sancti in vos. Et eritis
michi testes in ierusalem et in omni iudea sive samaria et usque ad
ultimum terre. Et cum hec dixisset videntibus illis elevatus est et nu-
bes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem
illum. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et
dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum. Hic ihesus qui
assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum
euntem in celum. Tunc reversi sunt ierusalem a monte qui vocatur oliveti
qui est iuxta ierusalem sabbati habens iter. Et cum introissent in ce-
naculum ascenderunt ubi manebant petrus et iohannes iacobus et
andreas. philippus et thomas. bartholomeus et matheus. Ia-
cobus alphei et symon zelotes. et iudas iacobi. Hii erant omnes
perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et maria matre ihesu

Actus.

et fratribus eius. Et in diebus illis exurgens petrus in medio fratrum dixit
Erat autem turba hominum fere centum viginti. Viri fratres oportet im-
pleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os david. de iuda qui fuit
dux eorum qui comprehenderunt ihesum qui connumeratus erat in nobis et sortitus
est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede
iniquitatis et suspensus crepuit medius. et diffusa sunt omnia viscera eius
Et notum factum est omnibus habitantibus ierusalem. ita ut appellaretur ager
ille lingua eorum acheldemach hoc est ager sanguinis. Scriptum est
enim in libro psalmorum. fiat commoratio eorum deserta. Et non sit qui habitet
in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex hiis viris qui
nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intravit et exivit inter nos do-
minus ihesus incipiens a baptismate iohannis usque in diem qua assumptus
est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt
duos viros ioseph qui nominatur barsabas qui cognominatus est iustus
et mathiam. et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium ostende
quem elegeris ex istis duobus unum accipe locum ministerii huius et apostolatus de quo
prevaricatus est iudas ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis. Et
cecidit sors super mathiam et connumeratus est cum undecim apostolis

Et cu[m] co[m]pleret dies penthecostes. erat omes p[ar]it[er] in tam
in eodz loco. Et factus est repente de celo sonus tamq[uam] advenie[n]t[is]
sp[irit]us et replevit tota[m] domu[m] ubi erat sedentes. Et apparuer[unt]
illis disp[er]tite v[e]l lingwe tamq[uam] ignis. seditq[ue] sup[ra] singlos eor[um] sp[iritu]s
et repleti sunt omes sp[irit]u s[an]c[t]o. Et ceperunt loq[ui] variis lingwis
p[ro]ut sp[iritu]s s[an]c[tu]s dabat eloq[ui] illis. Erat aute[m] in ierl[m] h[ab]itates iudi
viri religiosi. ex om[n]i natione que sub celo est. Facta aute[m] hac
viri
voce convenit multi[tu]do. et mente confusa e[st]. q[uonia]m audiebat unus
quisq[ue] lingwa sua illos loquetes. Stupebat aute[m] om[n]es et mi-
rabat[ur] dicetes. none ecce om[ne]s isti qui loqu[n]t[ur] galilei sunt. Et quo
nos audiuimus unusq[ui]sq[ue] lingwa[m] n[ost]ram in q[ua] nati sumus. parthi
et medi et elamite. et q[ui] h[ab]itant mesopotamia[m]. et iudeam
et capadocia[m]. pontu[m] et asyam. phrigia[m] et pamphilia[m]. egip-
tu[m] et partes libie que est circa cirenen. et advene romani. iu-
dei q[uo]q[ue] et p[ro]seliti. cretes et arabes. audiuimus eos loquetes nostris li-
gwis magnalia dei. Stupebat aute[m] om[ne]s et mirabat[ur] dicetes
adinvice[m]. quidna[m] vult hoc esse. Alii aute[m] irridebat dicetes
q[uia] musto pleni s[un]t isti. Stans aute[m] petrus cu[m] undeci[m] levavit voce[m]

Stetit Petrus cum xi· et levavit vocem suam locutus est eis Viri iudei et q̄ hitat ir̄lm vniūsi hoc vob
notū sit et auribus pcipite vba mea Non em sicut vos estiatis
hij ebrij sut cū sit hora diei tcia· sed hoc est q̄d dictū est p̄ pphā
Johel Et erit in nouissis diebus dicit dns deus/ effundā de spū
meo sup omem carne· et pphetabut filij vri et filie vre et
iuuenes vri· visiones videbut/ Et seniores vri sompniabut
sompnia· sup s̄uos meos/ Et sup ancillas meas/ in diebus
illis effundā de spū meo et pphetabut et dabo pdigia in celo
sursū et signa in t̄ra deorsū/ sanguinem et igne et vapore
fumi Sol q̄utet in tenebras et lūa in sanguinem antequ
veniat dies dni magnus et manifestus/ Et erit omis quicūq
invocauit nome dni saluus Viri isr̄elite audite vba hec/
ihm nazarenū virū approbatū a deo in vob v̄tutib9 et p
digijs et signis que fecit p illū Deus in medio vr̄i sicut vos
scitis hūc diffinito consilio et p̄scia dei/ traditū p manus iniquoꝝ
affigētes interemistis quē deus suscitat/ solutis doloribus infni
iuxta quod impossibile erat teneri eū ab eo David eni dicit
in eū puidebam dnm in conspectu meo semp/ qm a dextris

meis est ne commovear / propter hoc delectatum est cor meum et exultavit
lingwa mea insuper et caro mea requiescet in spe Quoniam non de
relinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre
corruptionem Notas michi fecisti vias vite replebis me iocunditate cum
facie tua Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha david
quoniam defunctus est et sepultus / Et sepulcrum eius est apud vos usque
in hodiernum diem / propheta igitur cum esset et sciret quia iureiurando iu-
rasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius / provi
dens locutus est de resurrectione christi / quia neque derelictus est in infer
no neque caro eius vidit corruptionem / Hunc ihesum resuscitavit deus / cuius
omnes nos testes sumus / Dextera igitur dei exaltatus et promissione
spiritus sancti accepta a patre effudit hunc quem vos videtis et auditis
Non enim david ascendit in celos / Dicit autem ipse Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis Donec ponam inimicos tuos scabel
lum pedum tuorum / Certissime ergo sciat omnis domus israel / quia et dominum
eum et christum deus fecit hunc ihesum quem vos crucifixistis / His au
ditis compuncti sunt corde et dixerunt ad petrum et ad reliquos a
postolos Quid faciemus viri fratres / petrus vero ait ad illos / penitentiam

inquit agite et baptiset unusquisque vrm in nomine ihu xpi
in remissio peccatorum vrorum. Et accipiet donum spus sci. vobis enim
est repromissio et filiis vris in omnibus qui longe sunt. quoscumque
advocaverit dns deus nr. Aliis autem ceteris vbis pluribus testificatus
est et exhortabatur eos dicens Salvamini a generatione ista prava
Qui ergo receperunt sermones eius baptisati sunt. Et apposite sunt
in illa die anime tria milia. Erant autem omnes perseverantes in
doctrina eius apostolorum. et comunicatione fractionis panis. Et ora-
nibus instantes unanimes. Fiebat autem omni anime timor. multa
quoque prodigia et signa per apostolos fiebant in ierlm. Et metus erat
magnus in universis. Omnes etiam qui credebant erant pariter et habe-
bant omnia communia. possessiones et substantias vendebant et illa
dividebant omnibus prout cuique opus erat. Cottidie quoque per du-
rantes unanimiter in templo et frangentes circa domos panem. su-
mebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis collaudantes
deum et habentes gratiam ad omnem plebem. Deus autem augebat
qui salvi fierent cottidie in idipsum. iij c P etrus autem
et iohannes simul ascendebant in templum ad horam orationis nonam

Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris sue baiulabatur
que ponebatur cottidie ad portam templi que dicitur speciosa / vt pe-
teret elemosinam ab introeuntibus in templum / Is cum vidisset petrum
et iohem incipientes introire in templum rogabat vt elemosinam
acciperet ab eis / Intuens autem in eum petrus cum iohe dixit Re-
spice in nos At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturum
ab eis / Petrus autem dixit / Argentum et aurum non est michi · quod
habeo hoc tibi do In nomine ihu xpi nazareni surge et ambula
Et apprehensa manu eius dextra alleuauit eum / Et protinus conso-
lidate sunt bases eius et plante et exiliens stetit / et ambulabat
Et intrauit cum illis in templum ambulans et exiliens / et laudans
deum Et uidit omnis populus eum ambulantem et laudantem deum
Cognoscebant autem illum quia ipse erat qui ad elemosinam sedebat
ad speciosam portam templi / et impleti sunt stupore et extasi
in eo quod contigerat illi / Cum autem teneret petrum et Johem
is qui sanus effectus fuerat / cucurrit omnis populus ad eos ad porticum
que appellatur salomonis stupentes / Videns autem petrus respondit ad populum
Viri israhelite quid miramini in hoc / aut nos quid intuemini quasi

Acta

nra virtute aut pietate [potestate] fecis hunc ambulare Deus abraham et deus
ysaac et deus iacob patrum nostrorum glorificavit filium suum ihm quem vos
quidem tradidistis et negastis ante faciem pilati iudicante illo di-
mitti Vos autem iustum et sanctum negastis et petistis virum homicidam
donari vobis / auctorem vero vite interfecistis / quem suscitavit a mortuis
deus cuius nos testes sumus / et in fide nominis eius hunc quem videtis
et nostis confirmavit nomen eius et fides que per eum est dedit integram
sanitatem istam in conspectu omnium vestrum Et nunc fratres scio quia per ignoran-
ciam fecistis sicut et principes vestri Deus autem qui prenunciavit per
os omnium prophetarum pati xpm suum impleuit sic / penitemini igitur
et convertimini / ut deleantur peccata vestra ut cum venerint tempora refrigerii a
conspectu domini et miserit eum qui predicatus est vobis ihm xpm quem
oportet quidem celum suscipere usque in tempora restitucionis omnium que locutus
est deus per os sanctorum suorum a seculo prophetarum / Moyses quidem dixit / quia
prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus vestris tamquam meipsum
audietis iuxta omnia quecumque locutus fuerit vobis / Erit autem omnis
anima que non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe sua / Et omnes
prophete a samuel et deinceps qui locuti sunt annunciaverunt dies

†

istos vos estis filii prophetarum et testamenti. Quod disposuit deus
ad patres vestros dicens ad abraham In semine tuo benedicentur
omnes familie terre. Vobis primum deus suscitans filium suum misit
eum benedicentem vobis ut convertat se vnusquisqz a nequitia sua.
Loquentibus illis autem ad populum supervenerunt sacerdotes iiii c
et magistratus templi et saducei dolentes quod docerent populum et ad
nunciarent in ihesu resurrectionem ex mortuis et iniecerunt in eos manus
et imposuerunt eos in custodiam vsqz in crastinum. erat enim iam
vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum crediderunt. Et
factus est numerus virorum quinqz milia. Factum est autem in crastinum
vt congregarentur principes eorum et seniores et scribe in iherusalem.
Annas princeps sacerdotum et cayphas et iohannes et allexander
Et quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in
medio interrogabant in qua virtute aut in quo nomine fecistis
hec vos. Tunc petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos. Principes populi
et seniores audite. si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis
infirmi in quo iste saluus est factus. Notum sit omnibus vobis et omni
plebi israel. quia in nomine ihesu christi nazareni. quem vos crucifixistis

quem deus suscitavit a mortuis In hoc nomine iste stat coram vobis sanus
Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificantibus qui factus est
in caput anguli Et non est in aliquo alio salus Nec enim nomen
aliud est sub celo datum hominibus in quo oportet nos salvos fieri
Videntes autem petri constantiam et iohannis comperto quod homines essent 6
sine litteris et ydiote mirabantur et cognoscebant eos quoniam cum ihesu fu
erant Hominem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat nihil
poterant contradicere Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere
et conferebant ad invicem dicentes Quid faciemus hominibus istis Quia quidem
enim notum signum factum est per eos omnibus habitantibus in ierusalem
manifestum est et non possumus negare Sed ne amplius divulgetur
in populum comminemur eis ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum
Et vocantes eos denuntiaverunt ne omnino loquerentur neque docerent
in nomine ihesu Petrus vero et iohannes respondentes dixerunt ad eos
Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quam deum iudicate
Non enim possumus que vidimus et audivimus non loqui At illi comminan
tes dimiserunt eos non invenientes quomodo punirent eos propter populum
quia omnes clarificabant deum in id quod factum erat in eo quod acciderat

Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat
signum istud sanitatis. Dimissi autem venerunt ad suos et annun-
ciaverunt eis quanta ad eos principes sacerdotum et seniores dixissent
Qui cum audissent unanimiter levaverunt vocem ad deum et dixerunt
Tu domine qui fecisti celum et terram mare et omnia que in eis sunt
qui spiritu sancto per os patris nostri david pueri tui dixisti quare fre-
muerunt gentes et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges
terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum
eius. Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum
ihesum quem unxisti. Herodes et poncius pilatus cum gentibus et populis
israel facere que manus tua et consilium tuum decreverunt fieri. Et nunc
domine respice in minas eorum et da servis tuis cum omni fiducia loqui
verbum tuum. In eo quod manum tuam extendas ad sanitates et signa et prodigia
fieri per nomen sancti filii tui ihesu christi. Et cum orassent motus est locus
in quo erant congregati. et repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur
verbum dei cum fiducia. Multitudinis autem credencium erat cor unum et
anima una. Nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dice-
bat. sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium

resurrectionis ihu xpi dni Et gra magna erat in omnibus illis Neqz
enim quisq egens erat int illos/ Quotquot enim possessores erant
agrorum ul domorum vendentes afferebant pcia eorum que vendebant
et ponebant ante pedes aplorum diuidebatur enim singulis put cuiqz
opus erat/ Joseph aute qui cognominatus est barsabas ab aplis qd
est interpretatum filius consolationis et erat leuites cyprius gnre
qui cu hret agrum vendidit illu et attulit iposuit pciu et posuit ante pe
Vir aute quidam nomine ananias capitulum v des disapulorum
cu saphira vxore sua vendidit agru et fraudauit de pcio agri
conscia vxore sua/ Et afferens parte quandam ad pedes aplorum
posuit/ Dixit aute petrus ad eum/ Anania cur temptauit sathanas
cor tuu mentiri te spui sco et fraudare te de pcio agri/ Nonne
manens tibi manebat/ et venundatu in tua ptate erat/ Cur
posuisti in corde tuo hanc rem/ Non es mentitus hominibus sed
deo/ Audiens aute ananias hec verba cecidit et exspirauit/ Et factus
est timor magnus in omnes qui audierant/ Surgentes aute iuue=
nes amouerunt eu et efferentes sepellierunt/ Factu est aute qi
horarum triu spaciu et vxor ipsius nesciens quod factu fuerat

introiuit. Respondens autem ei petrus. Dic michi mulier si tanti a
grum vendidistis. At illa dixit. etiam tanti. petrus autem ad eam dixit
Quid utique convenit vobis temptare spiritum domini. Ecce pedes eorum qui
sepelierunt virum tuum ad hostium et efferent te. Et confestim cecidit ante pedes
eius et exspirat. Intrantes autem iuvenes invenerunt eam mortuam
et extulerunt et sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor
magnus in universa ecclesia et in omnes qui audierant hec. Per manus
autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erant una-
nimiter omnes in porticu salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se
coniungere illis. Sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur
credentium in domino multitudo virorum ac mulierum ita ut in plateas
eicerent infirmos et ponerent in lectulis et in grabatis ut veniente
petro saltem illius umbra obumbraret quemquam eorum et liberarentur
ab infirmitate. Concurrebat autem et multitudo vicinarum civitatum Iherusalem
afferentes egros et vexatos a spiritibus inmundis qui curabantur omnes.
Exurgens autem princeps sacerdotum annas et omnes qui cum illo erant
que est heresis saduceorum repleti sunt zelo et iniecerunt manus
in apostolos et posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem

domini per noctem aperiens ianuas carceris et educens eos dixit Ite et
stantes loquimini in templo plebi omnia verba vite huius Qui cum
audissent intraverunt diluculo in templum et docebant in nomine
domini ihesu / Adveniens autem princeps sacerdotum et qui cum eo erat convo-
caverunt concilium et omnes seniores filiorum israel et miserunt in carcerem
ut adducerentur / Cum venissent autem ministri et aperto carcere non
invenissent illos reversi nunciaverunt dicentes / Carcerem quidem invenimus
clausum cum omni diligentia et custodes stantes ad ianuas / Aperientes
autem neminem intus invenimus / Ut autem audierunt hos sermones
magistratus templi et principes sacerdotum ambigebant de illis quidnam
fieret / Adveniens autem quidam nunciavit eis quia ecce viri quos
posuistis in carcere sunt in templo stantes et docentes populum / Tunc abi-
ens magistratus cum ministris et adduxit illos sine ulla vi. Timebant
autem populum ne lapidarentur / Et cum adduxissent illos statuerunt in concilio
Et interrogavit eos princeps sacerdotum dicens / Precipiendo precepimus vobis ne do-
ceretis in nomine isto / Et ecce replestis ierusalem vestra doctrina. et vultis
inducere super nos sanguinem hominis istius / Respondens autem petrus et apostoli
dixerunt Obedire oportet deo magis quam hominibus / At illi dixerunt

deo Et petrus dixit ad illos Deus patrum nostrorum suscitavit ihesum quem
vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc deus principem et sal
vatorem exaltavit dextera sua ad dandam penitentiam israel in remissionem
peccatorum Et nos sumus testes horum verborum Et spiritus sanctus quem dedit
deus omnibus obedientibus sibi. Hec cum audissent dissecabantur et co
gitabant interficere eos Surgens autem quidam in concilio phariseus ga
maliel nomine legisdoctor honorabilis universe plebi Jussitque pu
sillum foras apostolos secedere. dixitque illis. Viri israelite. Attendite
vobis super hominibus istis quid acturi sitis Ante hos enim dies extitit
theodas. dicens se esse aliquem magnum cui consensit numerus virorum circiter
quadringentorum. qui occisus est et omnes quotquot credebant ei dissipati
sunt et redacti sunt ad nichilum Post hunc extitit iudas galileus in
die in diebus professionis et avertit populum post se Et ipse periit et
omnes quotquot consenserunt ei dispersi sunt Et nunc itaque dico vobis disce
dite ab hominibus istis et sinite illos quoniam si est ex hominibus consilium
hoc aut opus dissolvetur Si vero ex deo est non poteritis dissolvere
eos. Ne forte et deo repugnare inveniamini Consenserunt autem illi et
convocantes apostolos cesis denunciaverunt ne loquerentur in nomine ihesu et

dimiserunt eos Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam di
gni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati/ Omni autem die in templo
et circa domos non cessabant docentes et evangelizantes xpm. vj [illegible]
In diebus autem illis crescente numero discipulorum factum est murmur
grecorum adversus hebreos eo quod despicerentur in ministerio cotidiano
vidue eorum/ Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum
dixerunt Non est equum nos relinquere verbum dei et ministrare mensis
Considerate ergo viros ex vobis boni testimonii septem plenos spiritu
sancto et sapientia quos constituamus super hoc opus Nos enim orationi et ministerio
verbi instantes erimus/ Et placuit sermo coram omni multitudine/ Et
elegerunt stephanum virum plenum fide et spiritu sancto, et philippum
et prochorum et nicanorem et parmenam, et thimotheum et nicolaum
advenam anthiocenum/ Hos statuerunt ante conspectum apostolorum et orantes
imposuerunt eis manus/ Et verbum dei crescebat et multiplicabatur
numerus discipulorum in ierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum obedi
ebat fidei. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat signa
et prodigia magna in populo Surrexerunt autem quidam de synagoga
que appellatur libertinorum et cirenensium et alexandrinorum et eorum qui

erat a cilicia et asia disputantes cu stephano. et no poterant re
sistere sapie et spui qui loqbat / Et tuc submiserunt viros q
dicerent se audisse eu dicetez vba blasfemie in moysen et deu
Commouerut itaqz plebem et seniores et scribas / et qurentes
rapuerut eum et adduxerut eum in concilio et statuerut te:
stes falsos qui dicerent / ho iste no cessat loqui vba blasfemie
adversus locu sanctu et lege / Audivimus em dicetez eum qm ihc
nazarenus hic destruet locu istu mutabit tradiciones qs tradidit
nobis moyses Et intuetes in eu oms q in concilio sedebat
viderut facie eius tanq facie angeli etc Cap vii cam

Dixit aute princeps sacerdotu stephano Si hec ita se hent / q
ait / viri fres et pres audite Deus glie apparuit pri nro abraha
cu eet in mesopotamia syrie priusq moraret in caran et inde
transmigrat illu in tra caldeoru et dixit ad illu / Exi de tra tua et
de cognacione tua et veni in tra qua tibi monstrauero / Tuc exijt de
tra caldeoru. et hitat in aran [i. tharam] / et inde pq mortuus est pater eius
transtulit illu in tram istam in q nuc vos hitat / et no dedit illi
hereditate in ea. nec passu pedis / sz repromisit deus dare eaz

illi in possessionem et semini eius post illud cum non haberet filium. locutus est
autem ei deus. quia erit semen eius accola in terra aliena et servituti
eos subiciet et male tractabunt eos annis quadringentis et septem
et gentem cui servierit iudicabo ego dixit deus. Et post hec exiet
et deserviet michi in loco isto. et dedit illi testamentum circumcisionis
et sic genuit ysaac et iacob duodecim patriarchas et patriarche
emulantes ioseph vendiderunt in egyptum et erat deus cum eo
et eripuit eum ex omnibus tribulationibus suis suis. et dedit ei gratiam
et sapientiam in conspectu pharaonis regis egypti. et constituit eum
prepositum super egyptum et super omnem domum suam. Venit autem fames
in vniuersam terram egypti et canaan et tribulatio magna et non inve
niebant cibos patres nostri. Cum audisset autem iacob esse frumentum
in egypto misit patres nostros primum. et in secundo cognitus est ioseph
a fratribus suis. Et manifestum est pharaoni genus eius. Mittens autem
Ioseph accersiuit iacob patrem suum et omnem cognationem suam in animabus
septuaginta quinque. et descendit Jacob in egyptum et defunctus est ipse
et patres nostri. et translati sunt in sychen et positi sunt in sepulchro
quod emit abraham pater noster precio argenti a filiis emor filii sychen

Cum appropinquaret autem tempus repromissionis quod confessus erat
deus abrahe crevit populus et multiplicatus est in egipto quoadusque
surrexit rex alius in egipto qui non sciebat ioseph. Hic circumveniens
genus nostrum afflixit patres nostros ut exponerent infantes suos ne
vivificarentur. Eodem tempore natus est moyses et fuit gratus deo qui nutritus
est tribus mensibus in domo patris sui. Exposito autem illo in flumine
sustulit eum filia pharaonis et enutrivit eum sibi in filium et eruditus
est moyses omni sapientia egiptiorum. Et erat potens in verbis et in
operibus suis. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus ascen-
dit in cor eius ut visitaret fratres suos filios israel. Et cum vidisset quendam
iniuriam patientem vindicavit illum et fecit ultionem ei qui iniuriam
sustinebat percusso egiptio. Existimabat autem intelligere fratres quoniam
deus per manum ipsius daret salutem illis at illi non intellexerunt.
Sequenti vero die apparuit illis litigantibus et reconciliabat eos
in pace dicens. Viri fratres estis ut quid nocetis alterutrum. Qui autem in-
iuriam faciebat proximo suo repulit eum dicens. Quis te consti-
tuit principem aut iudicem super nos. Numquid interficere me tu vis.
quemadmodum interfecisti heri egiptium. Fugit autem moyses in vo

isto· et factus est advena in terra madian ubi generavit filios
duos Et expletis annis quadraginta apparuit illi in deserto montis
syna angelus in igne flamme rubi / moyses autem videns ad
miratus est visum· et accedente illo ut consideraret / facta est vox
domini ad eum dicens Ego sum deus patrum tuorum / deus abraham et deus
ysaac et deus iacob Tremefactus autem moyses non audebat considerare
Dixit autem illi dominus Solve calciamentum pedum tuorum / locus enim in
quo tu stas terra sancta est / Videns vidi afflictionem populi mei qui
est in egipto et gemitum eorum audivi et descendi liberare eos /
Et nunc veni et mittam te in egiptum· hunc moysen quem negaverunt
dicentes quis te constituit principem et iudicem super nos· hunc deus prin
cipem et redemptorem misit cum manu angeli qui apparuit illi in
rubo· hic eduxit illos faciens signa et prodigia in terra egipti et in
rubro mari· et in deserto annis quadraginta· hic est moyses qui dixit
filiis israel· prophetam vobis suscitabit deus de fratribus vestris tamquam me ipsum
audietis· qui hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui
loquebatur ei in monte syna et cum patribus vestris qui accepit verba vite
dare vobis· cui noluerunt obedire patres vestri / sed repulerunt et versi

sunt cordibus suis in egyptum et dixerunt ad aaron. Fac nobis deos
qui precedant nos. Moysi enim huic qui eduxit nos de terra egypti
nescimus quid sit factum ei. Et vitulum fecerunt in illis diebus. Et ob
tulerunt hostiam simulacro. et letabantur in operibus manuum suarum.
Convertit autem deus et tradidit eos servire milicie celi / sicut scriptum
est in libro prophetarum. Nunquid victimas aut hostias obtulistis michi
annis quadraginta in deserto domus israel. et suscepistis thabernaculum
moloch et sydus dei vestri remphan figuras quas fecistis adorare
eas / Et transferam vos trans babilonem. Thabernaculum testimonii fuit
patribus vestris in deserto. sicut disposuit deus loquens ad moysen
ut faceret illud secundum formam quam viderat. quod et induxerunt / su
scipientes patres nostri cum ihesu in possessionem gencium quas expulit
deus a facie patrum nostrorum usque in diebus david qui invenit graciam
ante deum et peciit ut inveniret thabernaculum deo iacob. Salomon
autem edificavit illi domum. sed non excelsus in manufactis habitat. Sicut
propheta dicit / celum michi sedes est / terra autem scabellum pedum meorum.
Quam domum edificabitis michi dicit dominus / Aut quis locus requietionis
mee. Nonne manus mea fecit hec omnia. Dura cervice et incircumci

cordibus et auribus / Vos semper spiritui sancto restitistis sicut patres vestri et
vos / quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri / Et occiderunt eos
qui prenunciabant de adventu huius iusti. cuius vos nunc proditores
et homicide fuistis. qui accepistis legem in disposicione angelorum et
non custodistis / Audientes autem hec dissecabantur cordibus suis et
stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus
spiritu sancto intendens in celum vidit gloriam dei / et ihesum stantem
a dextris dei. et ait / Ecce video celos apertos et filium hominis stantem
a dextris dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures
suas / Et impetum fecerunt unanimiter in eum / Et eicientes eum
extra civitatem lapidabant / Et testes falsi deposuerunt vestimenta
sua secus pedes adolescentis qui vocabatur saulus et lapidabant
stephanum invocantem et dicentem / Domine ihesu suscipe spiritum meum
Positis autem genibus clamavit voce magna dicens Domine ne sta-
tuas illis hoc peccatum / Et cum hoc dixisset obdormivit in domino

Saulus autem erat consenciens neci eius / Facta est viij cap
autem in die illa persecucio magna in ecclesia que erat therosolimis
et omnes dispersi sunt per regiones iudee et samarie. preter apostolos

Curauerunt autem stephanum viri timorati et fecerunt planc-
tum magnum super illum Saulus autem devastabat ecclesiam
per domos intrans et trahens viros ac mulieres tradebat in custo-
dia Igitur qui dispersi erant pertransibant evangelizantes verbum
dei civitates et castella iudee / philippus autem descendens in
civitatem samarie predicabat illis xpm / Intendebant autem
turbe hiis que a philippo dicebantur unanimiter audientes et viden-
tes signa que faciebat / Multi enim eorum qui habebant spiritus inmun-
dos clamantes voce magna exiebant Multi autem paralitici et claudi
curati sunt / Factum est ergo magnum gaudium in illa civitate
Vir autem quidam nomine symon qui antea fuerat in civitate
magus seducens gentem samarie dicens se esse aliquem magnum
cui auscultabant omnes a minimo usque ad maximum dicentes
Hic est virtus dei que vocatur magna. Attendebant autem eum
propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos Cum vero
credidissent evangelizanti philippo de regno dei / et in nomine
ihesu xpi baptisarentur viri ac mulieres / Tunc symon / et ipse
credidit et cum baptisatus esset adherebat philippo / videns

etiam signa et virtutes maximas fieri stupens admirabatur. Cum audis-
sent autem apostoli qui erant iherusolimis quod recepit samaria verbum dei
miserunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum venissent orauerunt
pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum
venerat. sed baptisati tantum erant in nomine domini ihesu. Tunc impo
nebant manus super illos et accipiebant spiritum sanctum. Cum vidisset
autem symon quod per inpositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus.
obtulit eis pecuniam dicens. Date et michi hanc potestatem ut cui-
cumque inposuero manus accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad
eum. Pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum dei existimasti
pecunia possideri. Non est pars tibi neque sors in sermone isto. Cor
enim tuum non est rectum coram deo. Penitenciam itaque age ab hac
nequicia tua. et roga deum si forte remittatur tibi hec cogitacio
cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis vi-
deo te esse. Respondens autem symon dixit. Precamini vos pro me ad
dominum vt nichil veniat super me horum que dixistis. Et illi quidem
testificati et locuti verbum domini. redibant in iherusolimam et multis
regionibus samaritanorum euangelisabant. Angelus autem domini

locutus est ad philippum dicens Surge et vade contra meridianum
ad viam que descendit ab ierusalem in gazam. hec est deserta. Et sur-
gens abiit et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine
ethiopum qui erat super omnes gazas eius venerat adorare in
ierusalem Et revertebatur sedens super currum suum legensque prophetam ysaiam
Dixit autem spiritus philippo Accede et adiunge te ad currum istum. Accurrens
autem philippus audivit eum legentem ysaiam prophetam et dixit
Putas ne intelligis que legis. Qui ait Et quomodo possum si non
aliquis ostenderit michi. Rogavitque philippum ut ascenderet et sederet
secum. locus autem scripture quem legebat erat hic. Tamquam ovis ad oc-
cisionem ductus est et sicut agnus coram tondente se sine voce ob-
mutescit sic non aperuit os suum in humilitate iudicium eius subla-
tum est generationem eius quis enarrabit quoniam tolletur de terra vita
eius Respondens autem eunuchus philippo dixit Obsecro de quo propheta
dicit hoc de se an de alio aliquo. Aperiens autem philippus os suum
Et incipiens a scriptura ista evangelizavit illi ihesum. Et dum irent per
viam venerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus Ecce aqua
quis prohibet me baptisari Respondit philippus Si credis

ex toto corde licet / Et rndes ait / Credo dī filiū eē ihm xpm
Et iussit stare currū / et descenderūt vtq̄ in aquā philippus et
eunuchus / et baptisat eum. Cū autē ascendissēt de aq̄ spūs
dnī rapuit philippū et amplius nō vidit eū eunuchus
Ibat enī p viā suā gaudens / philippus autē inuentꝰ est
in azoto et ptransiens euangelizabat ciuitatibꝰ cunctis donec
S aulus autē adhuc spirans ix cam veniret cezaream
minaꝝ et cedis in discipulos dnī / Accessit ad principē sacerdotū
et petiuit ab eo epistolas in damascū ad synagogas vt si quos
inuenisset huiꝰ uie viros ac mulieres vinctos pduceret in
ierlm / Et cū iter faceret contigit vt appropinquaret damasco / et su
bito circumfulsit eum lux de celo / Et cadens in terram audiuit vo
cē dicentē sibi Saule saule quid me psequeris / Durū est tibi
contra stimulū calcitrare Et tremens ac stupens dixit / Domine
quid me vis facere / et dixit ad eum Surge et ingredere
ciuitatē et dicetur tibi / quid te opporteat facere Viri autē illi q
comitabantur cū eo stabant stupefacti Audientes quidē vocem
nemīnē autē videntes / Cum cū loqueretur ait ad eos illos. leuate

me de terra Surrexit autem saulus de terra apertis quoque oculis nihil
videbat/ ad manus autem illum trahentes introduxerunt damascum
et erat tribus diebus non videns et non manducavit neque bibit
Erat autem quidam discipulus damasci nomine ananias/ et dixit
ad illum in visu dominus Anania/ At ille ait/ Ecce ego domine/ Et
dominus ad illum Surge vade in vicum qui vocatur rectus et quere in do
mo iude saulum nomine tharsensem. ecce enim orat/ Et vidit virum
ananiam nomine introeuntem et imponentem sibi manus ut visum reci=
piat Respondit autem ananias/ Domine audivi a multis de viro hoc
quanta mala sanctis tuis in ierusalem fecit/ et hic habet potestatem a principibus
sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum/ Dixit autem ad
eum dominus/ Vade quoniam vas electionis est mihi iste ut portet nomen
meum coram gentibus et regibus et filiis israel/ Ego enim ostendam illi quan=
ta oporteat eum pati pro nomine meo/ Et abiit ananias et intro=
ivit domum/ Et imponens ei manum dixit Saule frater dominus ihesus
misit me qui apparuit tibi in via qua veniebas ut videas et i=
plearis spiritu sancto/ Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squame
et visum recepit/ Et surgens baptisatus est. et cum accepisset cibum

confortatus e. Fuit autem cum discipulis qui erant damasci per dies
aliquot. Et continuo ingressus in synagogas predicabat ihesum
quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui audiebant et
dicebant Nonne hic est qui expugnabat in ierusalem eos qui invocant
nomen istud. et huc venit ad hoc ut vinctos illos duceret ad prin
cipes sacerdotum. Paulus autem magis convalescebat et confundebat
iudeos qui habitabant damasci. affirmans quoniam hic est christus. Cum autem
implerentur dies multi consilium fecerunt iudei ut eum interficerent
Note autem facte sunt saulo insidie eorum. Custodiebant autem et portas
die ac nocte ut eum interficerent. Accipientes autem eum nocte per murum
dimiserunt eum submittentes in sporta. Cum autem venisset in ierusalem temp
tabat iungere se discipulis. Et omnes timebant eum non credentes quia
esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos
Et narravit illis quomodo in via vidisset dominum. Et quia locutus est ei et
quomodo in damasco fiducialiter egerit in nomine ihesu. Et erat cum illis
intrans et exiens in ierusalem fiducialiter agens in nomine ihesu. lo
quebatur quoque gentibus et disputabat cum grecis. Illi autem querebant
occidere eum. Quod cum cognovissent fratres deduxerunt eum

cezaream nocte et dimiserunt / Ecclesia quidem per totam iudeam et galileam
et samariam habebat pacem / et edificabatur ambulans in timore
domini et consolatione spiritus sancti replebatur / Factum est autem
vt petrus dum pertransiret vniuersos / deueniret ad sanctos qui habitabant
lidde / Inuenit autem ibi hominem quendam nomine eneam ab annis
octo iacentem in grabato / qui erat paraliticus / Et ait illi petrus
Enea sanet te dominus ihesus xpistus Surge et sterne tibi / et continuo
surrexit / Et viderunt illum omnes qui habitabant lidde et sarone qui
conuersi sunt ad dominum / In ioppe autem fuit quedam discipula nomine
thabita que interpretata dicitur dorcas / hec erat plena operibus
bonis et elemosinis quas faciebat / Factum est autem in diebus illis
vt infirmata moreretur / quam cum lauissent posuerunt eam in cenaculo
Cum autem prope esset lidda ab ioppe discipuli audientes quia petrus esset
in ea misserunt duos viros ad eum rogantes ne pigritetur venire
vsque ad nos / Exurgens autem petrus venit cum illis / Et cum aduenisset
duxerunt illum in cenaculum et circumsteterunt illum omnes vidue
flentes et ostendentes tunicas et vestes quas faciebat illis dorcas
Eiectis autem omnibus foras / petrus ponens genua orauit / Et conuersus

ad corpus dixit/ Tabita surge. At illa aperuit oculos suos. et viso
petro resedit Dans autem illi manum erexit eam/ Et cum vocasset
sanctos et viduas. assignavit eam vivam Notum autem factum est per universa
joppen et crediderunt multi in domino ibid x. c

Factum est autem ut dies multos moraretur in ioppen apud
quendam symonem coriarium. Vir autem quidam erat in cezarea nomine
cornelius/ Centurio cohortis que dicitur ytalica. religiosus et timens
deum cum omni domo sua faciens elemosinas multas plebi. Et
deprecans deum semper. vidit in visu manifeste quasi hora nona diei
angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi Corneli. at ille
intuens eum timore correptus dixit/ Quis es domine/ Dixit
autem illi Orationes tue et elemosine tue ascenderunt in memoriam
in conspectu dei/ Et nunc mitte viros in iopen. et accersi sy-
monem qui cognominatur petrus. Hic hospitatur apud quendam hominem
coriarium cuius est domus iuxta mare hic dicet tibi quid oporte-
at te facere Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi/ vocavit
duos domesticos suos. et militem metuentem dominum. ex hiis qui
illi parebant/ quibus cum narrasset omnia misit illos ad ioppen

Postea aute die iter illis facientib9 et appropinquantib9 ciuitati a-
scendit petr9 in superiora ut oraret circa horam sextam Et cu esuriret
uoluit gustare / parantib9 aute illis cecidit sup eum mentis ex-
cessus Et uidit celum apertum et descendens vas quoddam velud
linteum magnum quatuor initijs submitti de celo in terram in quo
erat omnia quadrupedia et serpentia terre et volatilia celi / Et facta
est vox ad eum dicens Surge petre occide et manduca. Ait aut
petr9 / Absit domine quia numquam manducaui omne commune et inmundum
Et vox iterum secundo ad eum: que deus purificauit tu commune non
dixeris / Hoc aute factum est per ter Et statim receptum est vas in ce-
lum Et dum intra se hesitaret petr9 quidnam esset visio quam
vidisset Ecce viri qui missi erant a cornelio inquirentes domum symo-
nis astiterunt ad ianuam / Et cum vocassent interrogabant si symon
qui cognominatur petr9 illic hospitaretur / petro aute cogitante de visione
dixit spiritus ei / Ecce viri tres querunt te Surge itaque et descende
et vade cum eis nichil dubitans quia ego misi illos / Descendens
aute petr9 ad viros dixit / Ecce ego sum quem queritis que causa
est propter quam uenistis / qui dixerunt / Cornelius centurio vir

iustus et timens deum et testimonium habens ab universa gente iudeorum
responsum accepit ab angelo sancto accersire te in domum suam et audire
verba abs te. Introducens igitur eos recepit hospicio. Sequenti autem
die surgens profectus est cum eis. Et quidam ex fratribus ab ioppe comi-
tati sunt eum. Altera autem die introivit cezaream. Cornelius
vero expectabat eos convocatis cognatis suis et necessariis amicis.
Et factum est cum introisset petrus, obvius venit ei cornelius et procidens
ad pedes eius adoravit. Petrus vero levavit eum dicens: Surge
et ego ipse homo sum. Et loquens cum illo intravit et invenit
multos qui convenerant, dixitque ad illos: Vos scitis quomodo abhominatum
sit viro iudeo coniungi aut accedere ad alienigenam. Et michi ostendit
deus neminem communem aut inmundum dicere hominem. Propter quod
sine dubitatione veni ad vos accersitus. Interrogo ergo qua ob causam
accersistis me. Et cornelius ait: A nudius quarta die usque ad hanc
horam orans eram (ieiunans) hora nona in domo mea. Et ecce vir
stetit ante me in veste candida et ait: Corneli exaudita est
oratio tua et elemosine tue commemorate sunt in conspectu dei.
Mitte ergo in ioppen et accersi symonem qui cognominatur petrus. Hic

hic hospitatur in domo symonis coriarij iuxta mare. Is cum
aduenerit loquetur tibi. Confestim igitur misi ad te rogans ut venires
ad nos. Et tu benefecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu
tuo assumus audire omnia quecumque tibi precepta sunt a domino. Aperiens
autem petrus os suum dixit. In veritate comperi quoniam non est personarum
acceptor deus, sed in omni gente qui timet eum et operatur iusticiam
acceptus est illi. Verbum enim suum misit filiis israel annuncians pacem
per ihesum christum. Hic est omnium dominus. Vos scitis quod factum est verbum
per uniuersam iudeam. Incipiens enim a galilea post baptismum quod predicavit
iohannes ihesum a nazareth. quomodo unxit eum deus spiritu sancto et virtute qui
pertransiuit benefaciendo et sanando omnes oppressos a dyabolo quoniam
deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione
iudeorum et in ierusalem. quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus
suscitavit tercia die. Et dedit eum manifestum fieri in omni populo sed te-
stibus preordinatis a deo. nobis qui manducavimus et bibimus cum illo
postquam resurrexit a mortuis. et conversati sumus cum eo xl dies. Et
precepit nobis predicare populo et testificari quia ipse est qui constitutus
est a deo iudex vivorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium

phibent veritati remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes
qui credunt in eum. Adhuc loquente petro verba hec, cecidit spiritus
sanctus super omnes qui audiebant verbum. et obstupuerunt ex circumcisione
fideles qui venerant cum petro quia et in nationes gratia spiritus sancti
effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis et magnifi
cantes deum. Tunc respondit petrus Numquid aquam quis prohibere potest
ut non baptizentur hii qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos. Et iussit
eos in nomine ihesu christi baptizari. Tunc rogaverunt eum ut ma
Capitulum xi
neret apud eos aliquibus diebus. Audierunt autem apostoli et fratres qui
erant in iudea quoniam et gentes receperunt verbum dei. et magnificabant
deum. Petrus ergo post multum temporis voluit ire iherusalem. et con
vocatis fratribus et confirmans eos exiens sermonem faciens per re-
Cum ascendisset autem petrus xi capitulum gionem docens eos,
iherusalem disceptabant adversum illum qui erant ex circumcisione dicentes,
Quare introisti ad viros preputium habentes et manducasti cum
illis. Incipiens autem petrus exponebat illis ordinem dicens. Ego
eram in civitate ioppe orans et vidi in excessu mentis visionem
descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis

submitti de celo et venit usque ad me / in quod intuens considerabam
et vidi quadrupedia terre et bestias et reptilia et volatilia celi /
Audivi autem et vocem dicentem michi Surge petre · occide et mandu
ca / Dixi autem domine · nequaquam quia commune et inmundum numquam intravit
in os meum / Respondit autem vox secundo de celo Que deus mundavit tu
no commune dixeris / hoc autem factum est per ter / Et recepta sunt iterum sursum
omnia in celum Et ecce confestim tres viri astiterunt in domo in qua
eram / missi a cesarea ad me Dixit autem spiritus michi ut irem
cum illis nichil hesitans / Venerunt autem mecum et sex fratres isti / et in
gressi sumus in domum viri / Narravit autem nobis quomodo vidisset an
gelum in domo sua stantem et dicentem sibi / Mitte in ioppen et accer
sis symonem qui cognominatur petrus qui loquetur tibi verba in
quibus salvus eris tu et universa domus tua / Cum autem cepissem
loqui cecidit spiritus sanctus super eos sicut et in nos in initio / Recordatus sum
autem verbi domini sicut dicebat / Johannes quidem baptisavit aqua · vos autem
baptisabimini spiritu sancto Si ergo eandem graciam dedit illis deus sicut
et nobis qui credidimus in dominum ihesum christum / Ego quis eram
qui possem prohibere deum / Ne daret spiritum sanctum credentibus in

Actus

nomine ihesu christi. His auditis tacuerunt et glorificaverunt deum dicentes,
Ergo et gentibus deus penitentiam ad vitam dedit. Et illi quidem qui di
spersi fuerant a tribulatione que facta fuerat sub stephano peram
bulaverunt usque phenicen et cyprum et anthiochiam nemini loquen
tes verbum nisi solis iudeis. Erant autem quidam ex eis viri cyprii et cy
renei qui cum introissent anthiochiam loquebantur ad grecos annunci
antes dominum ihesum. Et erat manus domini cum eis. Multusque numerus credentium conversus
est credentium ad dominum. Pervenit autem sermo ad aures ecclesie que erat ierusalem
super istis. Et miserunt barnabam usque ad anthiochiam. Qui cum perve
nisset et vidisset gratiam dei gavisus est. Et hortabatur omnes in propo
sito cordis permanere in domino, quia erat vir bonus et plenus spiritu
sancto et fide. Et apposita est turba multa domino. Profectus est autem barnabas in thar
sum ut quereret saulum, quem cum invenisset perduxit anthiochiam.
Et annum totum conversati sunt in ecclesia et docuerunt turbam multam
ita ut cognominarentur primum anthiochie discipuli christiani. In his autem
diebus supervenerunt ab ierosolimis prophete anthiochiam. Eratque magna
exultatio nobis congregatis. Et surgens unus ex eis nomine agabus significa
tabat per spiritum famam magnam futuram in universo orbe terrarum.

que facta est sub claudio cezare. Discipuli autem prout quisque habe-
bat proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in iudea fratribus
quod et fecerunt mittentes ad seniores per manus barnabe et sauli
Eodem autem tempore misit herodes rex manus ut affli- xii ca[pitulum]
geret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio.
Videns autem quia placeret iudeis apposuit apprehendere et petrum. Erat
autem dies azimorum. quem cum apprehendisset misit in carcerem tradens
quatuor quaternionibus militum ad custodiendum. Volens post pascha producere
eum populo. Et petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat
sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus esset
eum herodes in ipsa nocte. Erat petrus dormiens inter duos milites
vinctus cathenis duabus. et custodes ante hostium custodiebant
carcerem. Et ecce angelus domini astitit et lumen refulsit in habita-
culo. Percussoque latere petri excitavit eum dicens Surge velociter.
et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum
Precingere et calcia te caligas tuas. et fecit sic. Et dixit illi. Circumda
tibi vestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequebatur eum et ne-
sciebat quia verum est quod fiebat per angelum. Estimabat autem

Acta

se visu videre. Transeuntes autem primam et secundam custodiam venerunt
ad portam ferream que ducit ad civitatem que ultro aperta est eis
et exeuntes processerunt vicum unum et continuo discessit angelus ab
eo. Et petrus ad se reversus dixit: Nunc scio vere quia misit dominus ange-
lum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione
plebis iudeorum. Consideransque venit ad domum marie matris iohannis
qui cognominatus est marcus ubi erant multi congregati et orantes.
pulsante autem eo hostium ianue processit puella ad audiendum nomine
rode. et ut cognovit vocem petri pre gaudio non aperuit ianuam
sed intro currens nunciavit stare petrum ante ianuam. At illi dixerunt
ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant:
Angelus eius est. Petrus autem perseverabat pulsans. Cum
autem aperuissent hostium viderunt eum et obstupuerunt. Annuens autem
eis manu ut tacerent narravit quomodo dominus eduxisset eum de carcere. Dixit-
que nunciate iacobo et fratribus hec. Et egressus abiit in alium lo-
cum. Facta autem die erat non parva turbacio inter milites quidnam
de petro esset factum. Herodes autem cum requisisset eum et non invenisset
inquisitione facta de custodibus iussit eos duci. Descendensque a iudea

in cezaream ibi commoratus est. Erat autem iratus tyriis et sydoniis.
At illi unanimes venerunt ad eum et persuaso blastho qui erat
super cubiculum regis postulabant pacem eo quod alerentur regiones eorum
ab illo. Statuto autem die herodes vestitus veste regia sedit pro tribu-
nali et concionabatur ad eos. reconciliato eo tiriis. populus autem accla-
mavit dei voces. et non hominis. Confestim autem reconciliato eo tiriis
et sydoniis percussit eum angelus domini. eo quod non dedisset honorem deo
et consumptus a vermibus expiravit. Verbum autem domini crescebat et multipli-
cabatur. Barnabas autem et saulus reversi sunt ab iherosolimis exple-
to ministerio. assumpto iohanne qui cognominatus est marcus. xiii c
Erat autem in ecclesia que erat anthiochie prophete et doctores
in quibus barnabas et simon qui vocabatur niger. et lucius
cyrenensis et manaen qui erat herodis tetrarche collactaneus et
saulus. ministrantibus autem domino illis et ieiunantibus. dixit illis
spiritus sanctus. Segregate michi bernabam et saulum in opus ad quod
assumpsi eos. Tunc ieiunantes et orantes imponentesque eis manus
dimiserunt eos. Et ipsi quidem missi a spiritu sancto abierunt seleuciam. et
inde navigaverunt cyprum. Et cum venissent salaminam predicabant

vm dei in synagogis iudeorum. Habebant autem et iohannem in ministerio
Et cum perambulassent vniuersam insulam vsque ad paphum in-
venerunt quendam virum magum pseudoprophetam iudeum cui
(et interpretatur potens)
nomen erat bariesu qui erat cum proconsule sergio paulo viro
prudente. Hic accersitis barnaba et paulo desiderabat audire
verbum dei. Resistebat autem illis elimas magus. sic enim interpretatur
nomen eius. querens auertere proconsulem a fide. Paulus autem qui et pau
lus repletus spiritu sancto intuens in eum dixit. O plene omni dolo et
omni fallacia. fili dyaboli inimice omnis iustitie. non desinis subuertere
vias domini rectas. Et nunc ecce manus domini super te. Et eris cecus
non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo
et tenebre. Et circuiens querebat qui ei manum daret. Tunc procon
sul cum vidisset factum credidit admirans super doctrina dei. Et cum a
papho nauigassent paulus et qui cum eo erant venerunt in pergen
pamphilie. Iohannes autem discedens ab eis reuersus est ierusalem. X
Illi vero pertranseuntes pergen venerunt anthiochiam pisidie. Et ingressi
synagogam die sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legis et prophetarum
miserunt principes synagoge ad eos dicentes. Viri fratres si quis in vobis e-

sermo exortacionis ad plebem dicite. Surgens autem paulus et manu
silencium indicens ait. Viri israhelite et qui timetis deum audite. Deus
plebis israel elegit patres nostros et plebem exaltavit cum essent incole
in terra egipti et in brachio excelso eduxit eos ex ea. Et per quadra
ginta annorum tempus mores eorum sustinuit et nutrivit eos in deserto
Et destruens gentes septem in terra chanaan sorte distribuit eis
terram eorum. quasi post quadringentos quinquaginta annos. Et post hec dedit
iudices usque ad samuel prophetam. Et exinde postulaverunt regem
et dedit illis deus saul filium cis virum de tribu beniamin annis
quadraginta. Et amoto illo suscitavit illis david regem. Cui et
testimonium perhibens dixit. Inveni david filium iesse virum secundum
cor meum qui faciet omnes voluntates meas. Huius deus ex semine
secundum promissionem eduxit israel salvatorem ihesum. predicante iohanne ante
//penitentie//
faciem eius adventus baptismum penitentie omni populo israel. Cum impleret
autem iohannes cursum suum dicebat. Quem me arbitramini esse. non
sum ego. Sed ecce venit post me cuius non sum dignus calciamenta
pedum solvere. Viri fratres. filii generis abraham et qui in vobis timent
deum. et vobis verbum salutis huius predicare missus sum. Cum habita

//3a feria pasche//

em ierlm et principes eius hunc ignorantes · et voces prophetarum que
per omne sabbatum leguntur iudicantes impleverunt et nullam causam mortis
invenientes in eo pecierunt a pilato ut interficerent eum Cumque consu:
massent omnia que de eo scripta erant deponentes eum de ligno po
suerunt in monumento Deus vero suscitavit eum a mortuis tercia
die Qui visus est per multos dies hiis qui simul ascenderant cum eo de
galilea in ierlm Qui usque nunc testes sunt eius ad plebem Et
nos vobis annunciamus ea que ad patres nostros repromissio facta est
quoniam deus hanc adimplevit filiis nostris resuscitans ihesum Sicut et
in psalmo secundo scriptum est Filius meus es tu ego hodie genui te
Quod autem resuscitavit eum a mortuis · amplius iam non reversurum
in corruptionem · ita dixit quia dabo vobis sancta david fidelia Ideoque
et alias dicit Non dabis sanctum tuum videre corruptionem David
enim in sua generacione cum administrasset voluntati dei · dormivit
et appositus est ad patres suos et vidit corruptionem Notum igitur sit
vobis fratres quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus
quibus non potuistis in lege moysi iustificari In hoc omnis qui
credit iustificatur Videte ergo ne superveniat vobis quod dictum est

in prophetis. Videte contemptores et admiramini et disperdimini quia opus
operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis si quis enar-
raverit vobis. Exeuntibus autem illis rogabant eos ut sequenti
sabbato loquerentur sibi verba hec. Cumque dimissa esset synago-
ga secuti sunt multi iudeorum et colentium advenarum paulum et
barnabam. qui loquentes ad eos suadebant eis ut permane-
rent in gratia dei. Sequenti vero sabbato pene universa civitas convenit
audire verbum domini. Videntes autem turbas iudei repleti sunt ze-
lo. Et contradicebant hiis que a paulo dicebantur blasfemantes. Tunc
constanter paulus et barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum
loqui verbum dei. sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudi-
catis eterne vite. Ecce convertimur ad gentes. sic enim precepit nobis
deus. posui te in lumen gentibus ut sis in salutem usque ad extre-
mum terre. Audientes autem gentes gavise sunt et glorificabant verbum domini.
Et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam. Dissemina-
batur autem verbum dei per universam regionem. Iudei autem concitaverunt
religiosas mulieres et honestas et primos civitatis. et excita

venit psecucoz in paulu et barnaba · et eiecerut eos de finibg
suis At illi excusso puluere pedu in eos uenerut yconiu · disci
puli quoq replebat gaudio et spu sco xiiij cap

Factu est aute in yconio ut sil intrarent in synagoga iude-
oz et loquerent ita vt crederet iudeoz et grecoz copiosa mltido
q vo incduli fuerut iudei suscitauer et ad iracudia concitauer
aias gentiu adusus fres / Dns aute ddit cito pace · Multo
igit tpe demorati sut fiducialr agentes in dnio testimoiu
phibente vo gre sue dante sig et pdigia fieri p man / Diuisa
est aute mltitudo ciuitat / Et qda erat cu iudeis / quida vero
cu aplis Cu aute factus ess impetg gentiliu et iudeoz cu
pricipibg suis ut contumelijs afficerent / et lapidaret eos intelli
gentes confugerut ad ciuitates licaonie · listra et derben · et v
niusam in circuitu regione et ibi euangelisates erat / Et como
ta est vniusa mltitudo in doctrina eoru paulg aute et barnabas
comorabat listris / Et quidm vir listris in firmus pedibus ·
sedebat claudus ex utero mris sue qui nuq ambulauerat
Hic audiuit paulu loquete qui intuitg eu · et uidens quia

haberet fidem ut salvus fieret dixit magna voce Surge super
pedes tuos rectus Et exilivit et ambulabat / Turbe autem cum vi
dissent quod fecerat paulus levaverunt vocem suam licaonice
dicentes. Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et
vocabant barnabam iovem. paulum vero mercurium / quoniam ipse erat
dux verbi. Sacerdos quoque iovis qui erat ante civitatem / tauros et
coronas ante ferens ad ianuas cum populis volebat sacrificare eis.
Quod ubi audierunt apostoli barnabas et paulus. conscissis tunicis
suis exierunt in turbas clamantes et dicentes Viri quid facitis / Et nos
mortales sumus similes vobis homines annuntiantes vobis ab his vanis
converti ad deum vivum qui fecit celum et terram mare et omnia que
in eis sunt / qui in preteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi
vias suas Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit
benefaciens. de celo dans pluvias et tempora fructifera implens
cibo et leticia corda vestra / Et hec dicentes / vix sedaverunt turbas
ne sibi immolarent Supervenerunt autem quidam ab anthiochia
et yconio iudei. et persuasis turbis et lapidantes paulum
traxerunt extra civitatem existimantes eum mortuum esse Circumdantibus

et discipulis eum surgens intrauit ciuitatem / postera die profectus est cum barnaba
in derben / Cumque euangelizassent ciuitati illi et docuissent multos / re
uersi sunt listram et yconium et anthiochiam confirmantes animas di
scipulorum et exhortantes ut permanerent in fide / Et quia per multas
tribulationes oportet nos intrare in regnum dei / Et cum constituissent
illis per singulas ecclesias presbiteros / et orassent cum ieiunationibus comme
ndauerunt eos domino in quem crediderunt / Transeuntes que pisidiam
venerunt in pamphiliam et loquentes in pergen verbum dei descenderunt
in ytaliam. et inde nauigauerunt anthiochiam unde erant traditi
gratie dei in opus quod compleuerunt / Cum autem venissent et congregassent
ecclesiam retulerunt quanta fecisset deus cum illis quia aperuisset hostium fi:
dei gentibus / Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis

ET quidam descendentes de iudea docebant fratres quia nisi x.v. ca
circumcidamini secundum morem (legem) moysi non potestis salui fieri / Facta ergo sedi
tione non minima paulo et barnabe aduersus illos / Dicebant paulum
manere illos ita ut crediderunt / Et statuerunt ut ascenderent paulus
et barnabas et quidam alii ex aliis ad apostolos et presbiteros in ierusalem
super hac questione / Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant phenicem et samariam

narrantes conuersionem gentium et faciebant gaudium magnum omnibus
fratribus Cum autem venissent ierosolimam paulus et barnabas Et quoniam
cum illis erant suscepti sunt ab ecclesia et ab apostolis et a senioribus annunciantes
quanta fecisset deus cum illis Surrexerunt autem quidam de
heresi phariseorum qui crediderant dicentes quia oportet circumcidi eos precipere
quoque seruare legem moysi Conuenerunt que apostoli et seniores uidere de
verbo hoc Cum autem magna conquisitio fieret surgens petrus dixit ad eos
Viri fratres vos scitis quoniam ab antiquis diebus in vobis elegit deus per os
meum audire gentes verbum euangelij et credere et qui nouit corda
deus testimonium perhibuit dans illis spiritum sanctum sicut et nobis et nichil
distreuit inter eos (nos) et illos fide purificans corda eorum Nunc ergo quid
temptatis deum imponere iugum super ceruicem discipulorum quod neque patres
nostri neque nos portare potuimus sed per graciam domini ihesu credimus saluari
quemadmodum et illi Tacuit autem omnis multitudo et audiebant
barnabam et paulum dicentes quanta fecisset deus signa et prodigia in
gentibus per eos Et postquam tacuerunt respondit iacobus dicens Viri fratres
audite me Symon narrauit quemadmodum deus visitauit sumere
ex gentibus populum nomini suo Et huic concordant verba prophetarum

sicut scriptum est / post hec reuertar et reedificabo tabernaculum dauid
quod decidit / et diruta (dirupta) eius reedificabo et erigam illud ut requirant
ceteri hominum dominum / et omnes gentes super quas inuocatum est nomen me-
um dicit dominus faciens hec / Notum a seculo est domino opus suum
propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur
ad deum . sed scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus simulacro-
rum . et fornicatione et suffocatis et sanguine / Moyses enim a temporibus
antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum predicent in synagogis /
ubi per omne sabbatum legitur / Tunc placuit apostolis et senioribus cum
omni ecclesia eligere uiros ex eis et mittere antiochiam cum paulo
et barnaba iudam qui cognominatur barsabas / et sylam uiros primos
in fratribus scribentes per manus eorum / Apostoli et seniores fratres hiis qui
sunt antiochie et syrie et cilicie fratribus ex gentibus salutem / Quoniam
audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt uos uerbis euertentes
animas uestras quibus non mandauimus / placuit nobis collectis in
unum eligere uiros et mittere ad uos cum karissimis nostris barnaba
et paulo / hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine domi-
ni ihesu christi / Misimus ergo iudam et sylam qui et ipsi uobis.

vis referent eadem. Visum est enim spiritui sancto et nobis nichil vltra imponere
vobis oneris quam hec (que) necessaria vt abstineatis vos ab immolatis simula
crorum et sanguine suffocato et fornicacione. et ea que vobis fieri
non vultis alijs ne feceritis. A quibus custodientes vos bene agetis.
valete. Illi igitur dimissi descenderunt anthiochiam. Et congregata
multitudine tradiderunt epistolam. quam cum legissent gauisi sunt super conso-
latione. Judas autem et silas et ipsi cum essent prophete verbo plurimo con-
solati sunt fratres et confirmauerunt eos. Facto autem ibi tempore dimissi
sunt cum pace a fratribus ad eos qui miserant illos. Visum est sile
remanere ibi. Solus autem iudas abijt. Paulus autem et barna
bas demorabantur anthiochie docentes et euangelizantes cum alijs
pluribus verbum domini. Post aliquot autem dies dixit ad barnabam
paulus. reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus predi-
cauimus verbum domini quomodo se habeant. Barnabas autem volebat secum
assumere et iohannem qui cognominatur marcus. Paulus autem roga-
bat eum vt qui discessisset ab eis de pamphilia. et non isset cum
eis in opus non debere recipi. Facta est autem dissensio inter
eos. ita ut discederent abinuicem. Et barnabas quidem assumpto marco

nauigaret cyprum paulus vero electo syla profectus est traditus gratie
domini a fratribus perambulabat autem syriam et ciliciam confirmans ecclesias pre-
cipiens custodire precepta apostolorum et seniorum xvi. c

Pervenit autem in derben et listra et ecce discipulus quidam erat ibi
nomine thymotheus filius mulieris vidue fidelis patre gentili
Huic testimonium reddebant qui in listris erant et yconio fratres Hunc
voluit paulus secum proficisci Et assumens circumcidit eum propter iudeos
qui erant in illis locis Sciebant enim omnes quod pater eius gentilis esset
Cum autem pertransirent civitates tradebant eis custodire dogmata
que erant decreta ab apostolis et senioribus qui essent [erant] in ierusalem Et
ecclesie quidem confirmabantur fide et habundabant numero cotidie Tran-
seuntes autem frigiam et galatie regionem vetiti sunt a sancto
spiritu loqui verbum in asya Cum autem venissent in missyam temp-
tabant ire in bytiniam et non permisit eos spiritus ihesu Cum
autem pertransirent missiam descenderunt troade Et visio per noctem
paulo ostensa est vir macedo quidam erat stans et deprecans
eum et dicens transiens in macedoniam adiuva nos Ut autem visum
vidit statim quesiuimus proficisci in macedoniam certi facti quod vocasset

nos deus evvangelizare eis. Navigantes autem a troade recto cursu
venimus samatraciam et sequenti die neapolim. et inde philippos
que est prima partis macedonie civitas colonia. Eramus autem
in hac urbe diebus aliquot consistentes (conferentes). Die autem sabbatorum egressi
sumus foras portam iuxta flumen ubi videbatur oratio esse. Et sedentes
loquebamur mulieribus que convenerant. Et quedam mulier nomine lidia purpu
raria civitatis thyatirenorum. colens deum audivit. cuius dominus
aperuit cor intendere hiis que dicebantur a paulo. Cum autem
baptizata esset et domus eius deprecata est dicens. Si iudicastis
me fidelem esse domino introite in domum meam et manete. et coegit
nos. Factum est autem euntibus nobis ad orationem puellam quandam
habentem spiritum phitonem obviare nobis que questum magnum pre
stabat dominis suis divinando. Hec subsecuta paulum et nos cla
mabat dicens Isti homines servi dei excelsi sunt qui annunciant vobis
viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem pau
lus et conversus spiritui dixit. Precipio tibi in nomine ihesu christi exire ab
ea. et exiit eadem hora. Videntes autem domini eius quia exiit spes
questus eorum apprehendentes paulum et silam perduxerunt in forum

ad principes et offerentes eos magistratibus dixerunt / hii homines
conturbant civitatem nostram cum sint iudei et annunciant morem quem
non licet nobis suscipere neque facere cum simus romani / Et concurrit
plebs adversus eos et magistratus scissis tunicis eorum iusserunt eos
virgis cedi / Et cum multas plagas eis imposuissent miserunt eos
in carcerem precipientes custodi ut diligenter custodiret eos / Qui cum
tale preceptum accepisset / misit eos in interiorem carcerem et pedes eorum
strinxit in ligno / Media autem nocte paulus et silas adorantes lau
dabant deum / et audiebant eos qui in custodia erant / Subito vero
terre motus factus est magnus / ita ut moverentur fundamenta car
ceris / Et statim aperta sunt omnia hostia / et universorum vincula so-
luta sunt / Expergefactus autem custos carceris / et videns apertas ianu
as carceris / evaginato gladio volebat se interficere / estimans fugisse
vinctos Clamavit autem paulus voce magna / Nichil feceris tibi mali
universi enim hic sumus / Petitoque lumine introgressus est et treme-
factus procidit pauli et sile ad pedes / Et producens eos foras ait
domini quid me oportet facere ut salvus fiam / At illi dixerunt /
Crede in dominum ihesum / et salvus eris tu et domus tua. Et locuti

fuit ei verbū domini/ cū omnibꝫ q erāt in domo eius/ Et tollēs
eos in illa hora noctis lauit ꝑ plagas eorū Et baptisatus est
ipse et omnis domus eius cōtinuo Cūqꝫ ꝑduxisset eos in domū
suā/ apposuit eis mensā et letatus est cū omni domo sua credēs
in deo/ Et cum dies factus eēt miserunt magistratꝫ littorās dicentes
Dimittite homines illos Nunciauit autē custos carceris verba hec
paulo/ qr miserunt magistratꝫ ut dimittamini/ Nunc igitur exeuntes
ite in pace/ paulꝫ autē dixit eis Cesos nos publice indempnatos
homines romanos/ miserunt in carcerē et nunc occulte nos eiciunt
Non ita fiat/ sed ipsi veniant et ipsi nos eiciant Nunciauerunt autē
littores magistratibꝫ verba hec/ Timueruntqꝫ/ audito qr romani eēnt/ et
venientes deprecati sunt eos/ et ducentes rogabant ut egrederentur de
vrbe/ Exeuntes autē de carcere introierunt ad lidiā/ et visis fratribꝫ
Cum autē perambu xvij. consolati sunt eos et profecti sunt
lassent amphipolim · et appoloniā · et venirent thessalonicā
vbi erat synagoga iudeorū/ scdm consuetudinem autē paulꝫ intro-
iuit ad eos/ et ꝑ sabbata tria disserebat eis de scripturis adaperi-
ens et insinuans qr xpm oportuit pati et resurgere a mortuis

et quia hic est xpistus ihesus quem ego annuncio vobis / et quidam ex eis cre
diderunt et adiuncti sunt paulo et sile. et de colentibus gentilibus mul-
titudo magna / et mulieres nobiles non pauce. Zelantes autem iudei /
assumentes quoque de vulgo viros quosdam malos / et turba facta con
citaverunt civitatem / et assistentes domui iasonis querebant eos pro
ducere in populum / Et cum non invenissent eos trahebant iasonem
et quosdam fratres ad principes civitatis clamantes / quoniam hii sunt
qui urbem concitant / et huc venerunt quos suscepit iason. et hii
omnes contra decreta cesaris faciunt / regem alium dicentes esse
ihesum / Concitaverunt autem plebem et principes civitatis audientes
hec / Et accepta satisfactione ab iasone et a ceteris dimiserunt eos
Fratres vero confestim per noctem dimiserunt paulum et sylam in
beroen. Qui cum venissent in synagogam iudeorum introierunt
hii autem erant nobiliores eorum qui sunt thessalonice qui susce
perunt verbum cum omni aviditate cottidie scrutantes scripturas / si ita hec
se haberent / et multi quidem crediderunt ex eis / et gentilium mulierum
honestarum et viri non pauci / Cum autem cognovissent in thessalo
nica iudei quia et beroee predicatum est a paulo verbum dei venerunt

et illuc commouentes et turbantes multitudinem Statimque tunc paulum
dimiserunt fratres ut iret usque ad mare Silas autem et thimotheus
remanserunt ibi Qui autem deducebant paulum perduxerunt eum
usque athenas/ Et accepto mandato ab eo ad sylam et thimotheum
ut quam celeriter venirent ad illum profecti sunt/ paulus autem cum
athenis eos expectaret/ incitabatur spiritus eius in ipso videns ydo
latrie deditam civitatem disputabat igitur in synagoga cum iudeis
et colentibus et in foro per omnes dies ad eos qui audierant/ Quidam
autem epicurei et stoici philosophi disserebant cum eo// Et quidam di
cebant/ Quid vult seminator verborum hic dicere/ Alii vero dicebant/
nouorum demoniorum videtur annunciator esse/ quia ihesum et resurrectionem
annunciabat eis/ Et apprehensum eum/ ad ariopagum duxerunt dicentes
possumus scire que est hec noua que a te dicitur doctrina/ Noua enim
quedam infers auribus nostris Volumus ergo scire quidnam velint
hec esse/ Atenienses autem omnes et advene hospites/ ad nichil
aliud vacabant/ nisi aut dicere aut audire aliquid noui Stans
autem paulus in medio ariopagi ait/ Viri athenienses per omnia
quasi supersticiosos vos video/ preteriens et videns simulacra vestra

invem aram in qua scptu erat / ignoto deo / qd ergo ignora:
tes colitis. hoc ego annuncio vobis / Deus q fecit mundu et oia
que in eo sunt / hic celi et tre cu sit dns / no in manufctis teplis
hitat / nec manibus humanis colit indiges aliq cu ipe det omnibz
vita et inspiracoz et oia fecit qz ~~qui~~ ex vno homie oe genus
homin inhitare sup vniusam faciez tre / Definiens statuta tpa
et t'mios hitacois eor / qre deu si forte attractent eum aut
inveniat / q'uis no longe sit ab vno quoqz nrm / in ipo em
viuimus movemur et sumus / sicut et qda vrm poetaz dixerunt
Ipius em et genus sumus / Genus ergo cu sumus dei / no debemus
estiare auro a' argento aut lapidi sculpture artis et cogitacois
hominis diuinu ee simile / et tpa qdz huius ignorancie despiciens
deus / Nunc annunciat hominibus vt omes vbiqz pniam agant / eo
q statuit diem in qua iudicaturus est orbe in equitate / in viro i
quo statuit fidez pbens omnibus suscitans eum a mortuis / Cum
audissent aute resurreccoz mortuor / quidam quidem irride:
bant / quidam vero dixerunt / Audiemus te de hoc iterum iterum
Sic paulus exiuit de medio eor / Quidaz vero viri adherentes ei

crediderunt in quibus et dionisius ariopagita et mulier nomine da-
Post hec egressus ab athenis xviii maris et alii cum eis
venit corinthum et inveniens quendam iudeum nomine aquilam pon-
ticum genere qui nuper venerat ab ytalia et priscilla uxore eius
eo quod precepisset claudius discedere omnes iudeos a roma. Et accessit
ad eos Et quia eiusdem erat artis manebat apud eos et operabatur
Erant autem scenofactorie artis et disputabat in synagoga
per omne sabbatum interponens nomen domini ihesu Suadebatque iudeis
et grecis Cum venissent autem de macedonia sylas et thimotheus
instabat verbo paulus testificans iudeis esse christum ihesum Contra
dicentibus autem eis et blasfemantibus excuciens vestimenta sua dixit
eis Sanguis vester super caput vestrum mundus ego ex hoc ad gen-
tes vadam Et migrans inde intravit in domum cuiusdam nomine
tyti iusti colentis deum Cuius domus erat iuncta synagoge Cri-
spus autem archisinagogus credidit domino cum omni domo sua
Et multi corinthiorum audientes credebant et baptisabantur Dixit autem
dominus nocte per visionem paulo Noli timere sed loquere et ne ta-
ceas propter quod ego tecum sum et nemo apponetur tibi ut noceat

te quoniam populus est multus michi in hac ciuitate Sedit autem ibi
annum et sex menses docens apud eos verbum dei Gallione autem
proconsule achaie insurrexerunt uno animo iudei in paulum Et
adduxerunt eum ad tribunal dicentes quia contra legem hic sua-
det hominibus colere deum Incipiente autem paulo aperire os dixit
gallio ad iudeos si quidem esset iniquum aliquod aut facinus pessi- pessimum
mum o viri iudei recte vos sustinerem si vero questiones sunt de verbo et
nominibus et legis vestre vos ipsi videritis Iudex ego horum esse nolo
et minauit eos a tribunali Apprehendentes autem omnes sostenen
principem synagoge percutiebant eum ante tribunal et nichil
horum gallioni cure erat paulus vero cum adhuc sustinuisset dies
multos fratribus valefaciens nauigauit syriam et cum eo priscilla
et aquila qui sibi totonderat in cencris caput habebat enim votum
Deuenitque ephesum et illos ibi reliquit Ipse vero ingressus
synagogam disputabat cum iudeis Rogantibus autem eis ut am-
pliori tempore maneret non consensit sed valefaciens et dicens Oportet
me sollempnem diem aduenientem facere ierosolimis et iterum reuertar
ad vos deo volente profectus est ab epheso et descendens cezaream

ascendit et salutavit ecclesiam Et descendit anthiochiam Et facto ibi
aliquanto tempore profectus est et perambulans ex ordine galaticam regionem
et frigiam confirmans omnes discipulos Iudeus autem quidam appollo
nomine allexandrinus natione vir eloquens devenit ephesum potens
in scripturis. hic erat edoctus viam domini. et fervens spiritu loquebatur
et docebat diligenter ea que sunt ihesu sciens tantum baptisma iohannis
hic ergo cepit fiducialiter agere in synagoga quem cum audissent
priscilla et aquila assumpserunt eum et diligencius exposuerunt
ei viam domini. Cum autem vellent ire achaiam exhortati fratres
scripserunt discipulis ut susciperent eum qui cum venisset contulit multum
hiis qui crediderant vehementer enim iudeos revincebat publice
ostendens per scripturas esse ihesum xpm xix c. Factum est autem cum
appollo esset corinthi et paulus peragratis superioribus partibus ve-
niret ephesum et invenieret quosdam discipulos dixitque ad illos
Si spiritum sanctum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum Sed neque
si spiritus sanctus est audivimus Ille vero ait In quo ergo baptisati estis
Qui dixerunt in iohannis baptismate Dixit autem paulus Iohannes
baptisavit baptismo penitencie populum dicens in eum qui venturus esset

post ipsum ut crederent / hoc est in ihesum / hiis auditis baptisati sunt
in nomine domini ihesu xpi / Et cum imposuisset illis manus paulus /
venit spiritus sanctus super eos / et loquebantur linguis et prophetabant
ita ut ipsi sibi mirarentur / Erant autem omnes viri fere duodecim
Ingressus paulus autem synagogam loquebatur cum fiducia per tres menses di-
sputans et suadens de regno dei / Cum autem quidam indurarentur et
non crederent maledicentes viam domini coram multitudine / discedens
ab eis / segregavit discipulos cottidie disputans in scola cuiusdam
tiranni / hec autem factum est per biennium / ita ut omnes qui habitabant
in asya / audirent verbum domini iudei atque gentiles / virtutes que non mo
dicas deus faciebat per manus pauli / ita ut etiam super languidos
deferentur a corpore eius sudaria vel semicinctia / et recedebant
ab eis languores et spiritus nequam egrediebantur / Temptaverunt autem quidam
de circumeuntibus iudeis exorcistis invocare super eos qui habebant spiritus
malos nomine domini ihesu dicentes / Adiuro vos per ihesum quem pau
lus predicat / Erant autem cuiusdam sceue iudei principis sacerdotum septem
filii qui hoc faciebant / Respondens autem spiritus nequam dixit eis / Ihesum novi
et paulum scio vos autem qui estis / Et insiliens homo in eos in quo erat

demonium pessimum et dominatus amborum invaluit contra eos
ita ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum
factum est omnibus iudeis atque gentilibus qui habitabant ephesi/
Et cecidit timor super omnes illos/ et magnificabatur nomen domini
ihesu/ Multique credentium veniebant confitentes peccata sua et annunciantes actus suos. Multi autem
ex eis qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros et combusserunt coram
omnibus et computatis preciis invenerunt illorum pecuniam denariorum quin-
quaginta milium/ Ita fortiter verbum dei crescebat et confirmabatur/ His
autem expletis/ proposuit paulus in spiritu transire a macedonia et
achaia ire ierosolimam dicens/ quoniam et postquam fuero ibi/ oportet me
et romam videre. Mittens autem in macedoniam duos ex ministranti-
bus sibi thimoteum et erastum/ ipse remansit ad tempus in asya. Facta
est autem in illo tempore turbatio non minima de via domini/ Deme-
trius enim quidam nomine argentarius/ faciens edes argenteas dyane/
prebebat artificibus non modicum questum/ Quos convocans/ et eos
qui eiusmodi erant opifices dixit/ Viri scitis quia de hoc artificio
acquisitio est nobis/ et videtis et auditis quia non solum ephesi/ sed pene tocius
asie. paulus hic suadens avertit multam turbam dicens/ Quoniam non

sunt dii qui manibus fiunt. Non solum autem hec periclitabitur nobis
pars in redargucionem venire. sed et magne dyane templum in nichi
lum deputabitur sed et destrui incipiet maiestas eius quam tota a-
sya et orbis colit. hijs auditis repleti sunt ira et exclamauerunt dicentes
magna dyana ephesiorum. Et impleta est ciuitas confusione. Et impe-
tum fecerunt vno animo in theatrum rapto gaio et aristarcho macedo-
nibus comitibus pauli. Paulo autem volente intrare in populum non per
miserunt eum discipuli. Quidam vero et de asye principibus qui erant amici
eius miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum. Alij autem
aliud clamabant. Erat autem ecclesia confusa et plures nesciebant qua
ex causa conuenissent. De turba autem detraxerunt alexandrum propellentibus eum iu-
deis. Alexander ergo manu silentio postulato volebat rationem reddere
populo. Quem ut cognouerunt iudeum esse. vox facta est vna omnium quasi per
horas duas clamantium magna dyana ephesiorum. Et cum sedasset scriba turbas
dixit. viri ephesii. quis enim est hominum qui nesciat ciuitatem ephesiorum cul
tricem esse magne dyane iouisque prolis. Cum ergo hijs contradici non possit
oportet vos sedatos esse et nichil temere agere. Adduxistis enim homines istos
neque sacrilegos neque blasfemantes deam vestram. Quod si demetrius

et qui cum eo sunt artifices habent adversum aliquem rationem, conventus forenses a-
guntur, et proconsules sunt accusent invicem. Si quid autem alterius rei queritis, in le-
gittima ecclesia poterit absolvi. Nam et periclitamur argui sedicionis ho-
dierne, cum nullus obnoxius sit, de quo non possumus reddere racionem concursus
istius. Et cum hec dixisset, dimisit ecclesiam. xx. ca. Postquam autem
cessavit tumultus, convocatus Paulus discipulis et exhortatus eos valedixit
et profectus est ut iret in macedoniam. Cum autem perambulasset
partes illas et exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad greciam, ubi
cum fecisset menses tres, facte sunt illi insidie a iudeis navigaturo
in syriam, habuitque consilium ut reverteretur in macedoniam. Comitatus
est autem eum sosipater pyrri beroensis, Thessalonicensium vero
aristarchus et secundus et gaius derbeus et thimotheus. Asiani vero
tychicus et trophimus. Hii cum precessissent, sustinebant nos troade.
Nos vero navigavimus post dies azimorum a philippis, et venimus
ad eos troade in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem.
In una autem sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus
disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonem
usque in mediam noctem. Erant autem lampades copiose in cenaculo

ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nome eutichus
super fenestram cum mergeretur somno gravi disputante diu paulo
Et ductus somno cecidit de tercio cenaculo deorsum. Et sublatus
est mortuus. Ad quem cum descendisset paulus incubuit super eum
et complexus dixit. Nolite turbari. Anima enim ipsius in ipso est. Ascen-
dens autem frangensque panem et gustans. satisque allocutus usque in
lucem. Sic profectus est. Adduxerunt autem puerum viventem. et conso-
lati sunt non minime. Nos autem ascendentes in navim enavigavi-
mus in ason. inde suscepturi paulum. Sic enim disposuerat ipse per
terram iter facturus. Cum autem convenisset nos in ason assumpto eo ve-
nimus in mitilenen. et inde navigantes sequenti die venimus contra
chium. Alia vero die applicuimus samum. et sequenti die venimus
miletum. Proposuerat enim paulus transnavigare ephesum. ne aliqua
mora illi fieret in asya. Festinabat enim si possibile sibi esset. ut
diem penthecosten faceret iherusalem. A mileto autem mittens ephe-
sum vocavit maiores natu ecclesie. Qui cum venissent ad eum et
simul essent dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in
asyam qualiter vobiscum per omne tempus fuerim serviens domino cum omni humilitate

et multis lacrimis et temptacionibus que michi acciderunt ex insi-
diis iudeorum quomodo nichil subtraxerim vobis utilium quominus an-
nunciarem vobis et docerem vos publice / Et per domos testificans
iudeis atque gentilibus in deum penitenciam et fidem in dominum nostrum ihesum
cristum / Et nunc ecce alligatus ego spiritu vado in ierusalem / que in ea
ventura sunt michi ignorans / nisi quod spiritus sanctus per omnes civitates
protestatur michi dicens / quoniam vincula et tribulaciones me manent ierusalem
/ sed nichil horum vereor / nec facio animam meam preciosiorem quam me
dummodo consummem cursum meum / et ministerium verbi quod accepi a domino
ihesu testificari ewangelium gracie dei. Et nunc ego ecce scio quia amplius
non videbitis faciem meam vos omnes per quos transivi predicans regnum dei
Quapropter contestor vos die hodierna / quia mundus sum a sanguine
omnium / Non enim subterfugi / quominus annunciarem omne consilium
dei vobis / Attendite vobis et universo gregi in quo vos spiritus sanctus
posuit episcopos regere ecclesiam dei quam acquisivit sanguine suo / Ego
scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos non
parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa
ut abducant discipulos post se / propter quod vigilate memoria retinentes

qm per triennium nocte et die non cessavi cum lacrimis / monens unumquemque
vestrum / Et nunc commendo vos deo et verbo gratie ipsius / qui potens est e-
dificare vos / et dare hereditatem sanctificatis omnibus / Argentum et aurum
aut vestes nullius concupivi / ipsi scitis / quoniam ad ea que mihi opus e-
rant / et hiis qui mecum sunt / ministraverunt manus iste. Hec omnia o-
stendi vobis / quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos / ac me-
minisse verbi domini ihesu / quoniam ipse dixit / Beatius est magis dare
quam accipere / Et cum hec dixisset / positis genibus suis cum omnibus
illis oravit / Magnus autem fletus factus est omnium / Et procumbentes super
collum pauli osculabantur eum / dolentes maxime in verbo quod dixerat
quoniam amplius faciem eius non essent visuri / et deducebant

Cum autem factum esset ut navigaremus XXI eum ad navem
abstracti ab eis / recto cursu venimus Choum / et sequenti
die Rhodum / et inde Pataram deinde Mirram / Et cum invenissemus
navem transfretantem in Fenicem / ascendentes navigavimus.
Cum apparuissemus autem Cypro / relinquentes eam ad sinistram navi-
gavimus in Syriam / et venimus ~~Tire~~ Tirum / Ibi enim navis expositura erat
onus. Inventis autem discipulis mansimus ibi diebus septem qui

paulo dicebant per spiritum / ne ascenderet ierlmam. Et expletis diebus pro-
fecti ibamus deducentibus nos omnibus cum vxoribus et filiis vsque
foras ciuitatem / Et positis genibus in litore orauimus / Et cum
valefecissemus inuicem / ascendimus in nauem / Illi autem redierunt
in sua / Nos vero nauigatione expleta a tyro descendimus ptolo-
maida / et salutatis fratribus / mansimus die vna apud illos / Alia
autem die profecti venimus cezaream. Et intrantes domum philippi
euangeliste qui erat vnus de septem diaconibus / mansimus apud eum
Huic erant filie quatuor virgines prophetantes / Et cum moraremur dies
aliquot / superuenit quidam vir a iudea propheta nomine agabus / Is cum venisset
ad nos / tulit zonam pauli / et alligans sibi pedes et manus
dixit / Hec dicit spiritus sanctus. Virum cuius zona hec est / Sic alli-
gabunt in ierlm iudei / Et tradent in manus gencium / Quod cum
audiuissemus nos rogabamus / et qui loci illius erant / ne ascen-
deret ipse ierlmam / Tunc respondit paulus et dixit / Quid facitis
flentes et affligentes cor meum / Ego enim non solum alligari
sed et mori in ierlm paratus sum / propter nomen domini ihesu / Et cum
ei suadere non potuissemus / quieuimus dicentes / Domini fiat volu

tas/ Post dies autem istos preparati ascendebamus ierusalem/ Venerunt
autem quidam ex discipulis a cesarea nobiscum adducentes/ apud quem ho-
spitaremur iasone quedam cyprium antiquum discipulum Et cum ve-
nissemus ierusalem libenter exceperunt nos fratres Sequenti autem
die introibat paulus nobiscum ad iacobum Omnesque collecti sunt se-
niores Quos cum salutasset/ narrabat per singula que fecisset
dominus in gentibus per ministerium ipsius/ At illi cum audissent/ magnifi-
cabant deum/ Dixeruntque ei/ Vides frater quot milia sunt in iudeis
qui crediderunt/ Et omnes emulatores sunt legis/ Audierunt autem
de te/ quia discessionem doceas a moyse eorum/ qui per gentes sunt
iudeorum/ dicens non debere eos circumcidere filios suos/ Neque secundum
consuetudinem ingredi/ Quid ergo est/ utique oportet convenire
multitudinem/ Audient enim te supervenisse/ Hoc ergo fac quod
tibi dicimus Sunt nobis hic quatuor viri votum habentes super se/ His
assumptis sanctifica te cum illis/ et impende in illis ut radant capita.
Et sciant omnes quia que audierunt de te falsa sunt/ sed ambulas
et ipse custodiens legem/ De hiis qui crediderunt ex gentibus
nos scripsimus iudicantes/ ut abstineant se ab ydolis ymolato

et sanguine et suffocato / et a fornicatione / Tunc paulus assumptis
viris postera die purificatus cum illis intravit in templum annunci-
ans expletionem dierum purificationis donec offerretur pro uno quoque
eorum oblatio / Dum autem septem dies consummarentur hii qui ab asya erant
iudei cum vidissent eum in templo concitaverunt omnem populum / et in-
iecerunt manus in eum clamantes . viri israelite adiuvate / hic est
homo qui adversus populum et legem et locum hunc / omnes ubique do-
cet insuper et gentiles induxit in templum / et violavit sanctum locum istum
Viderant enim trophimum ephesium in civitate cum ipso / quem exi-
stimaverunt quoniam in templum introduxisset paulus / Commotaque est
civitas tota / et facta est concursio populi / Et apprehendentes paulum
Trahebant eum extra templum / et statim clause sunt ianue /
Querentibus autem eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis / quia
tota confunditur ierusalem / qui statim assumptis militibus / et centurionibus
decurrit ad illos / Qui cum vidissent tribunum / et milites / cessaverunt
percutere paulum / Tunc accedens tribunus / apprehendit eum / et iussit alligari
cathenis duabus / et interrogabat quis esset / aut quid fecisset
Alii autem aliud clamabant in turba . Et cum non posset certum cognoscere

permisisset, iussit duci eum in castra. Et cum venisset ad gradus co-
tigit ut portaretur a militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo
populi clamans, tolle eum. Et cum cepisset induci in castra paulus dicit
tribuno. Si licet michi loqui aliquid ad te. Qui dixit ei. Grece no-
sti, nonne tu es egyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, et
induxisti in desertum quatuor milia virorum sicariorum. Et dixit ad eum
paulus. Ego homo quidem iudeus natus a tarso cilicie non ignote civitatis
municeps. Rogo autem te, permitte michi loqui ad populum. Et cum
ille permisisset, paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem, et
magno silencio facto allocutus est hebrea lingua dicens. XXII

Viri fratres et patres, audite quam ad vos nunc reddo racionem.
Cum audissent autem quia hebrea lingua loqueretur ad illos, magis presti-
terunt silencium. Et dixit. Ego sum vir iudeus, natus de tarso cilicie
nutritus autem in ista civitate secus pedes gamaliel, eruditus
iuxta veritatem paterne legis, emulator legis dei, existens sicut et
vos omnes estis hodie. Qui hanc viam persecutus sum usque ad mortem,
alligans et tradens in custodias viros ac mulieres, sicut princeps
sacerdotum michi testimonium reddit, et omnes maiores natu, a quibus

a quibus et epistolas accipiens ad fratres damascum pergebam. ut
adducere inde vinctos in ierusalem ut punirentur. Factum est autem
eunte me et appropinquante damasco media die sabbato de
celo circumfulsit me lux copiosa, et decidens in terram audivi
vocem dicentem michi Paule saule quid me persequeris. Ego autem
respondi Quis es domine. Dominus autem dixit ad me. Ego sum ihesus
nazarenus quem tu persequeris. Et qui mecum erant lumen quidem
viderunt vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Et dixi
Quid faciam domine. Dominus autem dixit ad me Surgens vade da
mascum Et ibi tibi dicetur de omnibus que te oportet facere Et cum
non viderem pre claritate luminis illius ad manum deductus a comi
tibus veni damascum Ananias autem quidam vir secundum legem habens
testimonium ab omnibus habitantibus iudeis veniens ad me et astans
dixit michi Paule frater respice in me. Et ego eadem hora respexi
in eum At ille dixit michi Deus patrum nostrorum preordinavit
te ut cognosceres voluntatem eius et videres iustum. et audires vocem
eius quia eris testis illius ad omnes homines eorum que vidisti et audi
sti. Et nunc quid moraris. Exurge et baptisare et ablue peccata tua

invocate noie ipsius / Factu est autē reuteti michi in ierlm et
oranti in teplo / fieri me in stupore mentis / et videre illu dicente
michi / festina et exi velociter ex ierlm· qm no recipient testio-
nium de me tu / Et ego dixi / Domine ipi sciūt / qz ego eram
cōcludens in carcerem / et cedens p synagogas eos q credebant
in te / Et cu funderetur sanguis stephani testis tui / ego astaba
et consentieba· et custodieba vestimta interficientiu illu / et dixit
ad me / Vade qm ego in nationes longe mittā te / Audiebant
autē eū usqz ad hoc vbū / et leuauerunt vocē sua dicētes / tolle
de tra huiusmodi eiusmodi· Non enim phas est eu viuere / vociferantibus
autē eis et pitientibus vestimta sua / et puluerē iactantibus in aere /
iussit et tribunus induci eū in castra / et flagellis cedi et torqri
eū vt sciret pter qua causa sic acclamarēt ei / Et cu astrinxisset
eū loris dixit astanti sibi centurioni paulus / Si hoiez romanu
et indapnatu licet vobis flagellare / Quo audito centurio q
ciuem romanu se esse dixit / accessit ad tribunu / et nunciauit dicens
quid acturus es / hic enim homo ciuis romanus est / Accedens aut
tribunus dixit / tribunus dixit / illi / Dic michi si tu romanus es / At ille

dixit etiam. Et respondit tribunus Ego multa summa civilitatem hanc
consecutus sum. Et paulus ait. Ego autem et natus sum. Protinus ergo
discesserunt ab illo qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit
postquam rescivit quia civis romanus esset. Et quia alligasset eum. Postera
autem die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur a iudeis
solvit eum et iussit sacerdotes convenire. et omne concilium. Et producens

Ca^m xxiii

paulum statuit inter illos. Intendens autem in concilium paulus ait. Viri fratres
ego omni conscientia bona conversatus sum ante deum usque in hodiernum diem
Princeps autem sacerdotum ananias precepit astantibus sibi percutere
os eius. Tunc paulus ad eum dixit. Percutiet te deus paries dealbate
Et tu sedens iudicas me secundum legem. et contra legem iubes me percuti
Et qui astabant dixerunt. Sacerdotem summum dei maledicis. Dixit autem
paulus. Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim
Principem populi tui non maledices. Sciens autem paulus quia una pars
esset sadduceorum et altera phariseorum [phariseorum] exclamavit in concilio. Viri fratres. Ego
[pharisens] phariseus sum filius phariseorum de spe et de resurrectione mortuorum ego
iudicor. Et cum hec dixisset. facta est dissensio inter phariseos et
sadduceos. et soluta est multitudo. Sadducei enim dicunt non esse resurrectionem

neque angelum neque spiritum / pharisei autem utraque confitentur / Factus
est autem clamor magnus / Et surgentes quidam phariseorum pugnabant
dicentes / Nichil mali invenimus in homine isto / Quod si spiritus locutus
est ei, aut angelus / Et cum magna dissensio facta esset. Timens tribu-
nus ne discerperetur paulus ab ipsis / iussit milites descendere et rapere
eum de medio eorum ac deducere in castra. Sequenti autem nocte as-
sistens ei dominus ait / Constans esto paule. Sicut enim testificatus es de
me in iherusalem / sic te oportet et rome testificari. Facta autem die / colle-
gerunt se quidam ex iudeis / et devoverunt se dicentes neque manducaturos
neque bibituros. donec occiderent paulum / Erant autem plusquam quadra-
ginta. qui hanc coniurationem fecerant / Qui accesserunt ad principes sa-
cerdotum et seniores et dixerunt / Devotione devovimus / nichil nos
gustaturos / donec occidamus paulum Nunc autem vos notum facite tribuno
cum concilio. ut producat illum ad vos / tamquam aliquid certius cognituri de eo /
Nos vero priusquam appropiet / parati sumus interficere illum / Quod cum
audisset filius sororis pauli insidias / venit et intravit castra / nun-
ciavitque paulo. Vocans autem paulus ad se unum ex centurionibus
ait / Adolescentem hunc perduc ad tribunum / habet enim aliquid indicare illi

Et ille quidẓ assumens eũ adduxit ad tribunũ/ et ait/ Vinctus
paulus vocãs rogauit me hũc adolescẽtẽẓ pducere ad te/ hẽtẽẓ
aliq̃ loq tibi. Apphendẽs autẽ tribun9 manũ illi9/ secessit cũ eo
seorsũ. Et intẽrogauit illũ Quid est hoc q̃ habes indicare michi
Ille autẽ dixit Iudeis cõvenit rogare te/ ut crastina die paulũ
pducas in concilium/ q̃si aliq̃ certius inq̃situri sint de illo. Tu vero
ne credideris illis. Insidiant᷑ enĩ ei ex eis viri amplius q̃ qua
draginta/ qui se devoverunt nõ manducare neq̃ bibere/ donec inter=
ficiant eum/ Et nunc parati sunt expectantes promissũ tuũ. Tribun9
igit᷑ dimisit adolescẽtẽẓ/ pcipiens/ ne cui loqueret᷑/ q̃m nota hec
sibi fecisset. Et vocat᷑ duob9 centurionib9/ dixit ad eos/ Parate mi=
lites ducentos/ ut eant usq̃ cezaream/ et equites septuaginta/ et
lancearios ducentos a tercia hora noctis/ et iumenta pparate/ ut impo=
nentes paulũ salvũ pducerẽt ad felicẽ psidẽ/ ~~Timuit autẽ ne~~
~~forte raperẽt eũ iudei. et occiderẽt/ et ipse postea calumpniã~~
~~sustineret tanq̃ accepisset~~ scribens eplam continẽtẽ hec. Claudi9
lysias/ optimo psidi felici/ salutẽ/ Virũ hũc apphensũ a iu
deis et incipientẽ interfici ab eis/ supveniẽs cũ exercitu eripui.

cognito q[uia] romanus est. Volens scire causam quam obiciebant illi
deduxi eum in concilium eorum. quem inveni accusari de q[ue]stionibus
legis ipsorum. nichil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis.
Et cum michi perlatum esset de insidiis quas paraverant ei. confestim misi
eum ad te. denuncians et accusatoribus ut dicant aput te. Milites ergo
secundum preceptum sibi assumentes paulum duxerunt per noctem in anti-
patridem. Et postera die dimissis equitibus ut irent cum eo. reversi
sunt ad castra. Qui cum venissent cezaream et tradidissent epistolam
presidi. statuerunt ante illum et paulum. Cum legisset autem et inter-
rogasset de qua provincia esset. et cognoscens q[uia] de cilicia esset ait
Audiam te inquit. cum accusatores tui venerint. Iussitque in pretorio
Post quinque autem dies de xxiiii c. herodis custodiri eum.
scendit princeps sacerdotum ananias cum senioribus quibusdam
Et tertullo quodam oratore qui adierunt presidem adversus paulum
et citato paulo. cepit accusare tertullus dicens Cum in multa
pace agimus per te et multa corriguntur per tuam providenciam semper
et ubique suscepimus optime felix cum omni graciarum actione. ne
diucius te autem protraham. oro breviter ut audias nos pro tua clemen[cia]

Invenimus hunc hominem pestiferum et concitantem seditiones non tan-
tum sed fere universo orbi terrarum omnibus iudeis et auctorem
seditionis secte nazarenorum qui etiam templum violare conatus est
Quem et apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare Superveni-
ens autem tribunus lysias cum vi magna eripuit eum de manibus nostris
iubens accusatores eius ad te venire a quo poteris ipse iudicans
de omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum Adiecerunt
autem et iudei dicentes hec ita se habere Respondit autem paulus annuente
sibi preside dicere Ex multis annis esse te iudicem genti huic sciens
bono animo pro me satisfaciam potes enim cognoscere quia non plus sunt dies mihi
quam duodecim ex quo ascendi adorare in iherusalem Et neque in templo
invenerunt me cum aliquo disputantem aut concursum facientem turbe
neque in synagogis neque in civitate neque probare possunt tibi
de quibus nunc accusant me Confiteor autem hoc tibi quod secundum sectam
quam dicunt heresim sic deservio patri deo meo credens omnibus que in
lege et prophetis scripta sunt spem habens in deum quam et ipsi hii ex-
pectant resurrectionem futuram iustorum et iniquorum In hoc et ipse
studeo sine offendiculo conscientiam habere ad deum et ad homines

semper // Post annos autem plures elemosinas facturus in gentem meam
veni et oblationes et vota in quibus invenerunt me purifica-
tum in templo non cum turba neque tumultu/ Et apprehenderunt me cla-
mantes et dicentes tolle inimicum nostrum. Quidam autem ex asia iudei quos
oportebat apud te presto esse ut accusarent si quid haberent adversum
me. Aut hii ipsi dicant si quid invenerunt in me iniquitatis cum
starem in concilio nisi de una hac solum voce qua clamavi
inter eos stans. Quia de resurrectione mortuorum ego iudicor ho-
die a vobis/ Distulit autem illos felix certissime sciens de via dicens
Cum tribunus lysias descenderit audiam vos. Iussitque centurioni custo-
dire eum et habere requiem. nec quemquam prohibere de suis ministrare
ei/ Post aliquot autem dies veniens felix cum drusilla uxore sua
que erat iudea. rogavit ut videret paulum et audiret ab eo fidem
que est in ihesu christo/ Disputante autem illo de iustitia et castitate
et de iudicio futuro. tremefactus felix respondit/ Quod nunc atti-
net vade Tempore autem opportuno accersiam te/ simul et sperans
quod pecunia daretur ei a paulo. propter quod et accersiens eum fre-
quenter loquebatur cum eo. Biennio autem expleto accepit successorem

partium
Felix portium festi. volens autem gratiam prestare iudeis felix reliquit
Festus ergo cum venisset in / xxv / pauli vinctum
provinciam post triduum ascendit iherusalem a cezarea. Audie-
runtque eum principes sacerdotum et primi iudeorum adversus pau-
li / Et rogabant eum. postulantes gratiam adversus eum ut iu-
beret perduci eum iherusalem: insidias tendentes ut eum interficerent in via
Festus autem respondit servari quidem paulum in cezarea se autem ma-
turius profecturum / Qui ergo in vobis ait potentes sunt / descen-
dentes simul si quid est in viro crimen accusent eum / Demoratus
autem inter eos dies non amplius quam octo aut decem descendit
cezaream et altera die sedit pro tribunali / et iussit paulum adduci
Qui cum perductus esset circumsteterunt eum qui ab iherusalem descenderant
iudei. multas et graves causas obicientes quas non poterant probare. Pau-
lo autem rationem reddente. quoniam neque in legem iudeorum neque in templum
neque in cezarem quicquam peccavi / Festus autem volens iudeis gra-
tiam prestare respondens paulo dixit / vis iherusalem ascendere et
ibi de his iudicari apud me. Dixit autem paulus Ad tribunal
cezaris sto. ibi me oportet iudicari Iudeis non nocui sicut tu melius

nosti. Si enim nocui aut dignum morte aliqd feci non recuso mo
ri. Si vero nichil est horum in quibus hii accusant me, nemo pt
me illis donare. cesarem appello. Tunc festus cum concilio locutus
rndit. cezarem appellasti. et ad cezarem ibis. Et cum dies ali
qt transacti essent. Agrippa rex et beronice ascederunt cezarea
ad salutandum festum. Et cum dies plures ibidem morarentur festus regi
indicavit de paulo dicens. Vir quidam est derelictus a felice vinctus
de quo cum essem ierlmis adierunt me principes sacerdotum et
seniores iudeorum. postulantes adversus illum dampnatoem. Ad quos rndi
qz non est consuetudo romanis aliquem hoiem dampnare. prius qm
is qui accusatur presentes heat accusatores, locumqz defendendi
accipiat et ad abluenda crimina. Cum ergo huc convenissent sine vl
la dilatione sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci virum de quo
cum astitissent accusatores nullam causam deferebant de quibus ego
suspicabar malum, questiones vero quasdam de sua superstitione hebant
adversus eum. et de quodam ihu defuncto quem affirmabat paulus
vivere. Hesitans autem de huiusmodi questione dicebam si vellet ire in iherlm
et ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante ut servaretur

ad augusti cognitionem iussi seruari donec mittam eum ad cezarem.
Agrippa autem ad festum dixit / volebam et ipse hominem audire.
Cras inquid audies eum. Altera autem die cum venisset agrippa
et beronice cum multa ambitione et introissent in auditorium cum
tribunis et viris principalibus ciuitatis iubente festo. Adductus
est paulus / et dixit festus. Agrippa rex et omnes qui simul adestis
nobiscum viri uidetis hunc de quo omnis multitudo iudeorum interpellauit
me ierosolimis. petentes et acclamantes non oportere eum viuere am-
plius. Ego autem comperi. nichil dignum eum morte admisisse.
Ipso autem hoc appellante ad augustum iudicaui mittere. De quo quid
certum scribam. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum et causas
eius non significare. Agrippa vero ad paulum ait / permittitur tibi loqui
Tunc paulus extenta manu / xxvi c. / pro temetipso
cepit rationem reddere. De omnibus quibus accusor a iudeis rex
agrippa. estimo me beatum esse apud te cum sim defensurus me hodie
maxime te sciente omnia que apud iudeos sunt consuetudines et
questiones / propter quod obsecro patienter me audias. Et quidem
vitam meam a iuuentute que ab initio fuit in gente mea /

Act

In iherusalem noverunt omnes iudei prescientes me ab initio si velint
testimonium perhibere quoniam secundum certissimam sectam nostre religionis
vixi phariseus et nunc in spe que ad patres nostros repromissionis facta
est a deo isto iudicio subiectus in qua duodecim tribus nostre nocte ac
die deservientes sperant devenire de qua spe accusor a iudeis O
rex quid incredibile videtur aput vos si deus mortuos suscitat
Et ego quidem existimaveram me adversus nomen ihesu nazareni
debere multa contraria agere quod et feci iherusalem. Et multos sanctorum
ego in carceribus inclusi a principibus sacerdotum potestate accepta / Et
cum occiderentur detuli sententiam et per omnes synagogas frequenter
puniens eos compellebam blasfemare nomen eius / et amplius
insaniens in eos persequebar usque in exteras civitates / In quibus
dum irem damascum cum potestate et permissione principum sacerdotum /
die medio in via vidi rex de celo super splendorem solis circumful-
sisse me lucem et eos qui mecum simul erant / omnesque nos cum decidis-
semus in terram audivi vocem loquentem michi hebraica lin-
gwa Saule saule quid me persequeris / durum est tibi contra stimulum
calcitrare. Ego autem dixi quis es domine / Dixit autem dominus

Ego sum ihesus nazarenus quem tu persequeris / sed exurge et sta
super pedes tuos / Ad hoc enim apparui tibi ut constituam te ministrum
et testem eorum que vidisti et eorum quibus apparebo tibi eripiens te de populo
et gentibus in quas ego nunc mitto te · Aperire oculos eorum ut convertantur
a tenebris ad lucem / et de potestate sathane ad deum ut accipiant remis
sionem peccatorum · et sortem inter sanctos per fidem que est in me · Unde rex a:
grippa · non fui incredulus celestis visionis / sed hiis qui sunt dama
sci primum et iherosolimis / et in omnem regionem iudeorum et gentibus annun
ciabam ut penitenciam agerent et converterentur ad deum digna penitencie opera
facientes · hac ex causa me iudei cum essem in templo comprehensum
temptabant interficere · Auxilio autem adiutus dei usque in hodiernum
diem sto testificans minori atque maiori nichil extra dicens / quam ea que
prophete sunt locuti futura esse et moyses Si passibilis est christus si primus
ex resurrectione mortuorum · lucem annunciaturus est populo et gentibus
Hec loquente eo · et racionem reddente festus magna voce dixit / Insanis
paule · multe littere te ad insaniam convertunt · Et paulus · non insanio
inquit optime feste · sed veritatis et sobrietatis verba dico seu loquor
Scit enim de hiis rex ad quem et constanter loquor · latere enim eum nichil

horum arbitror / neque in angulo enim quicquam horum gestum est / Credis
rex agrippa prophetis Scio quia credis / Agrippa autem ad paulum in
modico suades me christianum fieri Et paulus / Opto apud deum
et in modico et in magnꝰ / non tantum te sed et omnes vos qui audiunt hodie
fieri tales qualis et ego sum exceptis vinculis his Et surrexit rex et be-
ronice et preses et qui assistebant eis Cum cum stetissent loquebantur
adinvicem dicentes quia nichil morte aut vinculorum dignum quod
fecit homo hic / Agrippa autem festo dixit / Dimitti poterat [homo] hic / si
non appellasset cezarem Et iudicavit itaque eum preses dimittere eum cezari
Ut autem iudicatum est eum navigare in ytaliam xxvii c
et tradi paulum cum reliquis custodibus centurioni nomine iulio cohor-
tis auguste Ascendentes autem navem adrumetinam incipientes na-
vigare circa asye loca egressi sumus perseverante nobiscum aristarcho
macedone thessalonicensi Sequenti autem die venimus sydonem /
Humane autem tractans iulius paulum permisit ad amicos ire et cu-
ram sui agere Et inde cum sustulissemus subnavigavimus cypro
propterea quod essent venti contrarii et pelagus cilicie / Et ibi inveniens
centurio navem allexandriam navigantem ad ytaliam transposuit

nos in eam / Et cum multis diebus tarde navigantes. et vix de-
venissemus contra cnidum / prohibente nos vento adnavigavimus
crete iuxta salmonem. et vix iuxta navigantes venimus in locum
quendam qui vocatur boniportus, et cum iam non esset tuta navigatio

cui iuxta erat civitas thalassa / multo autem tempore peracto

eo quod ieiunium iam preterisset / consolabatur eos paulus dicens eis / Vi-
ri video quoniam cum multa iniuria et multo dampno non solum oneris et
navis sed etiam animarum nostrarum incipiat esse navigatio. Centurio autem
gubernatori et nauclero magis credebat quam hiis que a paulo di-
cebantur / Et cum aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt
consilium navigandi inde: si quo possent devenientes phenice hyema-
re. portum crete respicientem ad affricum et ad chorum / Aspirante autem
austro / estimantes se propositum tenere / consilium cum sustulissent de asson
legebamus cretam / Non post multum autem misit se contra illam
ventus typhonicus qui vocatur euroaquilo / Cumque arrepta esset navis et
non posset conari in ventum. detenta navi / flatibus fereba-
mur / In insulam autem quandam decurrentes que vocatur cauda po-
tuimus vix obtinere scapham / qua sublata adiutoriis utebantur
accingentes navim / et timentes ne in syrtim inciderent / sub

misso vase sic ferebatur / Valide autem nobis tempestate iactatis se-
quenti die iactum fecerunt / Et tertia die suis manibus armamenta
navis proiecerunt in mare. Perseverante autem tempestate / Et neque
sole neque syderibus apparentibus per plures dies et tempestate non
exigua imminente iam ablata erat spes omnis nostre salutis
et cum multa ieiunatio fuisset facta. Tunc stans paulus in medio
eorum dixit / Oportebat quidem o viri audire me non egredi a cre-
ta lucrique facere iniuriam hanc et iacturam / Et nunc vobis suadeo
bono animo esse. Amissio enim nullius anime erit ex vobis preterquam
navis. Astitit enim michi hac nocte angelus dei cuius sum ego et
cui servio dicens / Ne timeas paule cesari te oportet assistere / Et
ecce donavit tibi deus omnes qui navigant tecum. propter quod
bono animo estote viri credo enim deo quia sic erit quemadmodum
dictum est michi / In insulam autem quandam oportet nos devenire
Sed postquam quartadecima die nox supervenit navigantibus nobis in A-
driam circa mediam noctem suspicabantur naute apparere
sibi aliquam regionem / Et submittentes bolidem invenerunt
passus viginti / Et pusillum inde separati / invenerunt passus

quindecim. Timentes autem ne in aspera loca incideremus de puppi
mittentes anchoras quatuor optabant diem fieri ut sciremus an salvi
esse possemus. Nautis vero querentibus fugere de navi cum misissent
scapham in mare occasione querentes sub obtentu quasi a prora
inciperent anchoras extendere ut tucius navis staret. Dixit
paulus centurioni et militibus Nisi hii in navi manserint vos
salvi fieri non potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphe
et passi sunt eam excidere. Et cum lux inciperet fieri rogabat
paulus omnes sumere cibum dicens quartadecima hodie die expecta-
tes ieiuni permanetis nichil accipientes propter quod rogo vos accipere
cibum pro salute vestra quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et
cum hec dixisset sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium
et cum fregisset cepit manducare. Animequiores autem facti omnes
et ipsi sumpserunt cibum. Eramus autem universe anime in navi ducente
septuaginta sex. et saciati cibo alleviabant navem iacta-
tes triticum in mare. Cum autem dies factus esset terram non agno-
scebant. Sinum vero quendam considerabant habentem litus in quo
cogitabant si possent eicere navem. et cum anchoras sustulissent

committebat se mari simul laxantes iuncturas gubernaculorum/ Et le
uato arthemone secundum flatum aure tendebat ad litus/ Et cum in
cidissemus in locum bithalassum ubi duo maria conveniebant
impegerunt navim et prora quidem fixa manebat inmobilis/ Puppis
vero solvebatur a vi maris/ Militum autem consilium fuit ut custodi
tos occiderent ne quis cum enatasset effugeret Centurio autem vo
lens servare paulum prohibuit fieri· iussitque eos qui possent natare
mittere se in mare primos et evadere et exire ad terram/ Et ce
teros alios in tabulis ferebant quosdam autem super ea que de
navi erant/ Et sic factum est ut omnes anime evaderent ad terram
Et cum evasissemus. tunc cognovimus quia militene xxviii capitulum
insula vocabatur/ Barbari autem prebebant non modicam humanitatem
nobis/ Accensa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrem
qui imminebat et frigus/ Cum congregasset autem paulus sarmentorum
aliquantam multitudinem/ et imposuisset super ignem/ vippera a calore
cum processisset invasit manum eius Ut viderunt vero barbari pende
tem bestiam de manu eius ad invicem dicebant/ Utique homicida est
homo hic/ qui cum evaserit de mari/ ultio non sinit eum vivere

Et ille quidem excuciens bestiam in ignem nichil mali passus est. At illi
existimabant eum in tumorem glutendum et subito casurum et mori.
Diu autem illis expectantibus et videntibus nichil mali in eo fieri
convertentes dicebant eum esse deum. In locis autem illis erant predia
principis insule nomine publij qui nos suscipiens triduo humane
benigne exhibuit. Contigit autem patrem publij febribus et dissen-
teria vexatum iacere. Ad quem paulus intravit et cum orasset et impo-
suisset illi manum saluavit eum. Quo facto et omnes qui in in-
sula habebant infirmitates accedebant et curabantur. qui et multis
honoribus nos honoraverunt et navigantibus imposuerunt que necessaria erant
Post menses autem tres navigavimus in navi alexandrina que
in insula hyemaverat cui erat insigne castorum. Et cum venis-
semus syracusam mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes deve-
nimus regium. Et post unum diem flante austro secunda die venimus pu-
teolos ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies
septem. Et sic venimus romam. Et inde cum audissent fratres occurrerunt
nobis usque ad appii forum et tres tabernas. Quos cum vidisset paulus
gratias agens deo accepit fiduciam. Cum autem introissemus romam con-

rio tradidit vinctos principi / permissum est paulo manere sibimet
foris extra castra cum custodiente se milite / post tertium autem diem
convocavit primos iudeorum. Cumque convenissent dicebat eis. Ego
viri fratres nichil adversus plebem faciens aut mores paternos /
vinctus ab ierosolimis traditus sum in manus romanorum. Qui
cum interrogationem haberent de me voluerunt me dimittere eo quod nulla
causa esset mortis in me. Contradicentibus autem iudeis, coactus sum appella-
re cezarem. Non quasi gentem meam habens aliquid accusare / sed ut eru-
erem animam meam de morte / propter hanc igitur causam rogavi vos
videre et alloqui / propter spem enim israel cathena hac circumdatus
sum. At illi dixerunt ad eum. Nos neque litteras accepimus de te a iude-
a neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit aut locutus est quid de te
mali. Rogamus autem a te audire que sentis. Nam de secta hac
notum est nobis quia ubique ei contradicitur / Cum constituissent autem illi diem
venerunt in hospitium ad eum plures quibus exponebat testificans re-
gnum dei / suadens quoque eis de ihesu ex lege moysi et prophetis a
mane usque ad vesperam / Et quidam credebant hiis que dicebant-
ur a paulo / quidam vero non credebant / Cumque invicem non essent con-

sencientes discedebant dicente paulo unum verbum / quia bene spiritus sanctus
locutus est per ysaiam prophetam ad patres vestros dicens / Vade ad populum istum
et dic ad eos Aure audietis et non intelligetis et videntes vide
bitis et non perspicietis Incrassatum est enim cor populi huius et auribus
graviter audierunt et oculos suos compresserunt / ne forte videant
oculis et auribus audiant et corde intelligant / et convertantur et sa
nem eos Notum autem sit vobis quoniam gentibus missum est hoc sa:
lutare dei ipsi et audient / Et cum non essent intelligentes egressi
sunt iudei multa secum conferentes Mansit autem paulus biennio
toto in suo conducto disputans / Et suscipiebat omnes qui ingre
diebantur ad eum / iudeos atque grecos predicans regnum dei / Et do
cens quia hic est christus filius dei per quem omnis mundus iudicabitur
cum omni fiducia sine prohibitione

Incipit prologus beati Ieronimi in epistolas canonicas etc.

Non ita ordo est apud grecos qui integre sapiunt et fidem
rectam sectantur epistolarum septem · que canonice nuncupantur
sicut in latinis codicibus invenitur Et quia sicut petrus
primus est in numero apostolorum / prime sunt etiam eius epistole
in ordine ceterarum Sed sicut evangelistas dudum ad veritatis line
am correximus ita has epistolas proprio ordini deo nos iuvante
reddidimus Est enim prima earum iacobi · petri due / iohannis tres
et iude una Que sicut ab eis digeste sunt / ita quoque ab interpre:
tibus fideliter in latinum eloquium verterentur / Nec ambiguitatem
legentibus facerent / nec sermonum sese varietas impugnaret Illo

principe loco ubi de unitate trinitatis in prima iohannis epistola positum legimus, in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse a fidei veritate comperimus trium tantummodo vocabula hoc est aque sanguinis et spiritus in ipsa sua editione ponentibus et patris verbique ac spiritus testimonium omittentibus in quo maxime et fides catholica roboratur et patris et filii et spiritus sancti una divinitatis substantia comprobatur. In ceteris vero epistolis quantum a nostra aliorum distat editio lectoris prudentie derelinquo. Sed et tu virgo dei eustochium dum a me impensius scripture veritatem inquiris, meam quodammodo senectutem invidorum dentibus corrodendam exponis, qui me falsarium corruptoremque sanctarum pronuntiant scripturarum. Sed et ego in tali opere nec emulorum meorum invidentiam pertimesco, nec sancte scripture veritatem poscentibus denegabo. Incipit canonica beati Jacobi epistola. c. i.

Jacobus dei et domini ihesu christi servus duodecim tribubus que sunt in dispersione salutem. Omne gaudium existimate fratres mei cum in temptationes varias incideritis scientes quod probatio fidei vestre patientiam operatur. patientia autem opus perfectum habet ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. postulet autem in fide nichil hesitans. qui enim hesitat similis est fluctui maris qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo estimet homo ille quod accipiat aliquid a deo. vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exultatione sua, dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos

fem insibit. Exortus est em sol cu ardore et arefecit fenu/ et
flos eius decidit/ et decor vultus eius depijt/ ita et diues in iti
neribus suis marcescet. Beatus vir q suffert tepta[ti]o[n]e[m]: q[uonia]m cu p
batus fuit accipiet corona vite qua repmisit deus diligentibus
se. Nemo cu teptat dicat q[uonia]m a deo teptet/ Deus em intepta:
tor maloru est/ Ipse em nemine[m] teptat/ Unusquisq[ue] vero tep
tat a q[on]cupia sua. Abstractus et illectus/ Dein q[on]cupia sua cu co:
cepit p[ar]it pctm/ pctm vero cu q[on]suatu fuit generat morte[m]
4 Doma p[ost] pascha Nolite itaq[ue] errare fr[atr]es mei dilectissimi/ Omne datum optimu[m]
et omne donu pfcm de sursu est descendens a pre lu[minum]/ apud
que no est tr[a]nsmutatio/ nec vicissitudinis obumbratio/ Volunta
rie em genuit nos verbo veritat[is]/ vt simus initiu aliqd creature
eius. Scitis aute fr[atr]es mei dilectissimi/ sit aute omnis ho[mo]
velox ad audiend[um]/ tardus aute ad loquend[um]/ et tardus ad ira[m]
Ira em viri iustitia dei no operatur/ p[ro]pt[er] quod abiicientes o[mn]e[m]
in mu[n]ditia[m] et habundantia[m] malitie in mansuetudine suscipite
insitu verbu[m] quod pt saluare a[n]i[m]as v[est]ras/ Estote aute factores
verbi et no auditores tm/ fallentes vos metipsos/ Quia si quis

auditor est verbi et non factor / hic comparabitur viro consideranti vultum
nativitatis sue in speculo. Consideravit enim se / Et abiit et statim
oblitus est qualis fuerit / Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis
et permanserit in ea / non auditor obliviosus factus / sed factor operis
hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse non
refrenans linguam suam / sed seducens cor suum huius vana est reli
gio. Religio autem munda et inmaculata apud deum et patrem
hec est / visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum / et
Fratres mei no / ij capitulum / inmaculatum se custodire ab hoc seculo
lite in personarum acceptione habere fidem domini nostri ihesu christi glorie. Etenim
si introierit in conspectu vestro vir aureum anulum habens in ve
ste candida. introierit autem et pauper in sordido habitu / et intendatis
in eum qui indutus est veste preclara. et dixeritis ei. tu sede hic bene /
pauperi autem dicatis tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum
Nonne iudicatis apud vos metipsos / et facti estis iudices cogita
tionum iniquarum / Audite fratres mei dilectissimi Nonne deus elegit
pauperes in hoc mundo. divites autem in fide / et heredes regni quod
repromisit deus diligentibus se. Vos autem exhonorastis pauperem

Nonne divites per potentiam suam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad
iudicia? Nonne ipsi blasfemant bonum nomen, quod invocatum
est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: Diliges
proximum tuum sicut teipsum, benefacitis. Si autem personas accipitis, peccatum
operamini redarguti a lege quasi transgressores. Quicumque enim totam
legem servaverit, offendit autem in uno, factus est omnium reus. Qui
enim dixit Non mechaberis, dixit et non occides. Quod si non mechaberis
occides autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini, et sic facite
sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia
fiat iiii e. qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium. Quid proderit
fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit
fides salvare eum? Si autem frater aut soror nudi sunt, et indigent
victu cotidiano, dicat autem aliquis de vobis illis: Ite in pace, cale-
facimini et saturamini. Non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori,
quid proderit vobis? Sic et fides si non habeat opera, mortua est in
semetipsa. Sed dicit quis: tu fidem habes, et ego opera habeo. Ostende mihi
fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.
Tu credis quoniam unus est deus, bene facis, et demones credunt

et 9tēmpsisti. Vis aute scire o hō inanis qm fides sine opibꝫ
ociosa est Abraham pater nr̄ nonne ex opibꝫ iustificatꝫ est
offerēs ysaac filiū suū sup altare. Vides qm fides cooperabat opibꝫ
illius Et ex opibus fides 9sūata est. et suppleta ē scptā dicēs Cre
didit abraham deo et reputatū est illi ad iusticiā. Et amicus dī
appellatꝫ est. Videtis qm ex opibus iustificatr homo. et non ex fide
tm̄. Similit autem et raab meretrix nonne ex opibꝫ iustificata
est. suscipiēs nuncios et p alia viam eiciens. Sicut em corpus
sine spū mortuū est. ita et fides sine opibus mortua est. iii c.
Nolite plures mgri fieri frēs mei. scientes q maius iudi
ciū sumitis. In mltis em offendimꝫ oms. Si qs in verbo nō
offendit hic pfectus est vir. pt em freno circūducere totū corpus.
Si em equis frena in ora mittimꝫ ad 9senciēdū nobis. et oīe corpꝫ
eoꝝ circūferimꝫ. Ecce et naues cū magne sīt. et a ventis validis
minentur. circūferunt aute a modico gubernaculo. vbi impetꝫ
dirigentis voluit. Ita et lingwa modicū quidē membrū est.
Et magna exultat. Ecce qntus ignis q magnā siluā incendit.
Et lingwa ignis est. et vniusitas iniquitatis. lingwa 9stituitur

in membris nris que maculat totum corpus est et inflammat rota
natiuitatis nre inflammata a iehenna / Omnis enim natura bestiarum
et uolucrum / et serpentium et ceterorum domatur et domita sunt a natura
humana / lingwa autem nullus hominum domare potest / Inquietum enim est
malum / plena veneno mortifero / In ipsa benedicimus deum et patrem
et ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem dei facti sunt / Ex ipso quo
ore procedit maledictio et benedictio / Non oportet fratres mei hec ita
fieri / Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam
Numquid potest fratres mei ficus uvas facere / aut vitis ficus / Sic nec salsa
dulcem potest facere aquam / Quis sapiens et disciplinatus inter uos
ostendat ex bona conuersatione sua operationem suam in mansuetudine sapientie
Quod si zelum amarum habetis et contentiones sint in cordibus vestris Nolite glo
riari et mendaces esse aduersus veritatem / Non est enim ista sapientia desursum desce
dens / Sed terrena animalis diabolica / Ubi enim zelus et contentio / ibi incon
stantia et omne opus prauum / Que autem desursum est sapientia primum quidem
pudica est / deinde pacifica modesta suadibilis bonis consentiens plena
misericordia et fructibus bonis iudicans sine simulatione / Fructus autem iusti
tie in pace seminatur facientibus pacem / Quartum capitulum

Canonica Jacobi

Unde bella et lites in vobis · nonne ex concupiscentiis vestris que mi-
litant in membris vestris · concupiscitis et non habetis / occiditis et zelatis
et non potestis adipisci · litigatis et belligeratis et non habetis / propter hoc
quod non postulatis · petitis et non accipitis · eo quod male petatis / ut in
concupiscentiis vestris insumatis / Adulteri nescitis quia amicitia huius mundi inimica
est deo · Quicumque ergo voluerit amicus esse huius seculi / inimicus dei constituetur
Aut putatis quia scriptura inaniter dicat / Ad invidiam concupiscit spiritus
qui habitat in vobis / maiorem autem gratiam dat / propter quod dicit / deus
superbis resistit / humilibus autem dat gratiam / Subditi igitur estote deo /
Resistite autem dyabolo · et fugiet a vobis / Appropinquate deo · et appropinqua-
bit vobis / Emundate manus peccatores / Et purificate corda duplices
animo / Miseri estote et lugete · risus vester in luctum convertatur / Et gau-
dium in merorem · humiliamini in conspectu domini / et exaltabit vos
Nolite detrahere alterutrum fratres mei / Qui detrahit fratri aut qui
iudicat fratrem detrahit legi et iudicat legem · Si autem iudicas le-
gem · non es factor legis sed iudex · Unus est enim legislator et iu-
dex qui potest perdere et liberare / Tu autem quis es qui iudicas proxi-
mum / Ecce nunc qui dicitis / hodie aut crastino ibimus in illa civitate

et faciemus quidem ibi annum et mercabimur et lucrum faciemus qui ignoratis quid vobis
erit in crastino. Que est enim vita vestra. vapor est ad modicum parens
Deinceps exterminatur / pro eo ut dicatis si dominus voluerit / et si vixeri-
mus faciemus hoc aut illud / nunc autem exultatis in superbiis vestris / Omnis
exultatio talis / maligna est. Scienti igitur bonum facere et non faci-
enti peccatum est illi. capitulum v. Agite nunc divites plorate
et ululate in miseriis vestris que advenient vobis / Divitie vestre
putrefacte sunt / et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et
argentum vestrum eruginavit / Et erugo eorum in testimonium vobis erit
Et manducabit carnes vestras sicut ignis / Thezaurizastis vobis
iram in novissimis diebus / Ecce merces operariorum qui messue-
runt regiones vestras / que fraudata est a vobis clamat / Et clamor
ipsorum in aures domini sabbaoth introivit / Epulati estis super terram
Et in luxuriis vestris enutristis corda vestra / In die occisionis addu-
xistis et occidistis iustum / Et non restitit vobis / patientes igitur
estote fratres usque ad adventum domini / Ecce agricola expectat preciosum
fructum terre patienter ferens donec accipiat temporaneum / et sero-
tinum / patientes estote / et vos confirmate corda vestra / quoniam adventus

domini appinqbit / Nolite ingemiscere fres in alteru / ut non
iudicemini / Ecce iudex ante ianuam assistit / Exemplum accipite
fres laboris et paciencie exitus mali et longanimitatis pphas qui
locuti sunt in nomine domini / Ecce btificamus eos qui sustinuerunt /
sufferenciam Job audistis et finem domini vidistis / quoniam misericors est
dns et miserator / Ante omnia autem fres mei nolite iurare / neque
per celum neque per terram / neque per aliquod aliud iuramentum / Sit autem
sermo vester / est. est / non non / ut non sub iudicio decidatis / Tristatur
aliquis vestrum oret equo animo et psallat / Infirmatur quis in vobis
inducat presbiteros ecclesie / et orent super eum unguentes eum oleo
in nomine domini et oratio fidei saluabit infirmum / et alleuiabit eum
dominus / Et si in peccatis sit dimittentur ei / Confitemini ergo alterutrum peccata
vestra / Et orate pro inuicem ut saluemini / Multum enim valet de-
precatio iusti assidua · Helias homo erat similis nobis passibilis
Et oratione orauit / ut non plueret super terram · et non pluit annos
[illegible] tres / et menses sex / Et rursum orauit / et celum dedit pluuiam
et terra dedit fructum suum / Fratres mei si quis ex vobis errauerit a
veritate et conuerterit quis eum · scire debet · quoniam qui conuerti fecerit peccatorem

ab errore vie sue / saluabit animam eius a morte et cooperit multitudinem peccatorum

Petrus apostolus ihu xpi Incipit canonice petri i capitulum

electis aduenis dispersionis ponti galatie asye capa
docie et bithinie secundum prescienciam dei patris in sanctificacionem spiritus in
obedienciam et aspersionem sanguinis ihu xpi Gracia vobis et pax mul
tiplicetur Benedictus deus et pater domini nostri ihu xpi qui secundum ma
gnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem
ihu xpi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam
et immarcessibilem conseruatam in celis / in vobis qui in virtute dei
custodimini per fidem in salutem / paratam reuelari in tempore nouissimo
in quo exultabitis / modicum nunc si oportet contristari in variis tempta
cionibus ut probacio vestre fidei multo preciosior sit auro / quod per ignem
probatur / inueniatur in laudem et gloriam et honorem in reuelacione
ihu xpi / Quem cum non videritis diligitis / in quem nunc quoque non
videntes creditis / Credentes autem exultabitis leticia inenarra
bili / et glorificata reportantes finem fidei vestre / salutem animarum.
De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophete / qui de futura in vobis
gracia prophetauerunt / scrutantes in quod vel quale tempus significaret / in eis

spus xpi pnuncias eas que in xpo sut passiones et posteriores
glias quibus reuelatu est qz no sibi ipis vobis aute ministra
bat ea que nuc nunciata sut uob p eos q evangelisauit vos
spu sco misso de celo in que desiderat angeli pspicere ppter
quod succincti lumbos mentis vre sobrij et pfecti sperate in ea
que offertur vobis gratiam in reuelatoem ihu ihu xpi quasi
filij obedie no configurati prioribus ignorancie vre desiderijs sed scdm eu
qui vocauit vos scm ut et ipi sci in omi conuersatone sitis qm scrip
tu est Sancti eritis quia ego scus su Et si patrem inuocatis eu
q sine acceptoe psonar iudicat scdm vniuscuiusqz opus in timore in
colatus vri tpe conuersatonis Scientes q no corruptibilibus argento
ul auro redempti estis de vana vestra conuersatone paterne tradicois
sed precioso sanguine quasi agni inmaculati xpi domini nostri
Precogniti quidz ante constitucoz mundi manifestati aute nouis
simis tpibus ppter vos qui p ipm fideles estis in deo q susci
tauit eum a mortuis Et dedit ei gliam ut fides vra et spes
eet in deo Aias vras castificates in obedia caritatis i fraternitatis amore
simplici Ex corde invice diligite attencius. Renati non ex semie

corruptibili sed incorruptibili per verbum dei vivi et permanet in
eternum. Quia omnis caro ut fenum et omnis gloria eius tamquam flos feni
feni. exaruit fenum. et flos eius decidit. verbum autem domini manet in et-
ernum. Hoc autem est verbum quod evangelizatum est in vobis. ii. ca.

Deponentes igitur omnem maliciam et omnem dolum et simula-
tiones et invidias et omnes detractiones. sicut modo geniti in-
fantes racionabiles sine dolo lac concupiscite ut in eo cre-
scatis in salutem. Si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus. Ad quem
accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum. a deo vero
electum et honorificatum. Et vos ipsi tamquam lapides vivi superedifi-
camini domus spirituales, sacerdocium sanctum. offerre spirituales hosti-
as acceptabiles deo per ihesum christum. Propter quod continet scriptura. Ecce
pono in syon lapidem summum angularem electum preciosum. et
qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus.
non credentibus autem lapis quem reprobaverunt edificantes hic factus
est in caput anguli et lapis offensionis. et petra scandali hiis qui
offendunt verbo, nec credunt in eum in quo et positi sunt. Vos
autem genus electum regale sacerdocium. gens sancta populus acquisitionis ut virtutes

annuncietis quoque de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum
Qui aliquando non populus / nunc autem populus dei. Qui non consecuti
misericordiam / nunc autem misericordiam consecuti / quorum aliquando non misterium est nunc
autem misterius est / karissimi obsecro vos tanquam advenas et peregrinos
abstinere vos a carnalibus desideriis que militant adversus animam
Conversacionem vestram inter gentes bonam habentes / ut in eo quod
detrectant de vobis tanquam de malefactoribus / ex bonis operibus vos
considerantes glorificent deum in die visitacionis. Subiecti estote
omni creature humane propter deum. Sive regi quasi precellenti. sive
ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum / ad lau
dem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei / ut benefacientes obmute
scere faciatis imprudentium hominum ignoranciam / Quasi liberi et non
quasi velamen habentes malicie libertatem / sed sicut servi dei. Omnes
honorate / fraternitatem diligite. deum timete. regem honorificate. Servi sub
diti estote in omni timore dominis vestris non tantum bonis et modestis
sed etiam discolis / Hec est enim gratia. si propter conscientiam dei sustinet quis
tristiciam paciens iniuste / Que est enim gratia. si peccantes et cola
phizati suffertis / Sed si benefacientes et pacienter sustinetis / hec est

Dominica iii post pascha

Dominica ii post pascha

gratia apud deum. In hoc enim vocati estis quia et christus passus est pro nobis
relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia eius / qui peccatum non
fecit / nec dolus inventus est in ore eius / Qui cum malediceretur
non maledicebat / cum pateretur non comminabatur / Tradebat autem iudi
canti se iniuste qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum
ut peccatis mortui / iustitie vivamus cuius livore sanati sitis
Eratis enim aliquando sicut oves errantes / sed conversi estis nunc
ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. In capitulo
Similiter et mulieres subdite sint viris suis ut et si qui
non credunt verbo per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant / con
siderantes in timore castam conversationem vestram. Quarum sit non extrin
secus capillatura (capillorum) aut circumdatio auri aut indumenti vestimentorum
cultus / sed qui absconditus cordis est homo in incorruptibilitate
quieti et modesti spiritus / qui est in conspectu dei locuples. Sic enim
aliquando et sancte mulieres sperantes in deo ornabant se subiecte
propriis viris / sicut sara obediebat abrahe dominum eum vocans
cuius estis filie benefacientes et non timentes ullam perturbationem
Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri

impertietes honore tanquam et coheredibus gratie vite ut non impedi
antur orationes vestre. In fide autem omnes unanimes in oratione estote com
patientes fraternitatis amatores misericordes modesti humiles. non
reddentes malum pro malo. vel maledictum pro maledicto. sed eco
ntrario benedicentes. quia in hoc vocati estis. ut benedictionem hereditate
possideatis. Qui enim vitam vult diligere et videre dies bonos
coherceat linguam suam a malo et labia sua ne loquantur dolum
Declinet autem a malo et faciat bonum. inquirat pacem et sequatur
eam. Quia oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum
vultus autem domini super facientes mala. Et quis est qui vobis
noceat si boni emulatores fueritis. Sed et si quid patimini
propter iustitiam beati eritis. Timorem autem eorum ne timueritis
et non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris
parati semper ad satisfactionem. omni poscenti vos rationem de ea que in vobis
est fide et spe. Sed cum modestia et timore conscientiam habentes bonam
ut in eo quod detrahunt vobis tanquam de malefactoribus confundantur qui calump
niantur vestram bonam in Christo conversationem. Melius est enim benefaci
entes si velit voluntas dei pati quam mala malefacientes. Quia et Christus

semel pro peccatis nostris mortuus est/ iustus pro iniustis/ ut nos offerret
deo/ mortificatos quidem carne. vivificatos autem spiritu/ In quo et
hiis qui in carcere erant spiritualiter veniens predicavit/ qui increduli fuerant
aliquando. quando expectabant dei pacienciam in diebus Noe/ cum fabricaretur
archa in qua pauci id est octo anime salve facte sunt per aquam/
Quod et nos nunc similis forme salvos facit baptisma/ Non car-
nis depositio sordium. sed consciencie bone interrogatio in deum per resur-
rectionem ihesu christi qui est in dextera dei. deglutiens mortem ut
vite eterne heredes efficeremur profectus in celum subiectis sibi
angelis et potestatibus et virtutibus/ iiij c Christo igitur
passo in carne et vos eadem cogitatione armamini/ quia qui
passus est in carne desiit a peccatis/ ut iam non hominum desideriis
sed voluntate dei/ quod reliquum est in carne vivat temporis Sufficit
enim preteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam qui ambulaverunt
in luxuriis desideriis vinolenciis. comessationibus. potationibus
et illicitis ydolorum cultibus in quibus nunc obstupescunt in quo
admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxurie confusionem blasfe-
mantes/ qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare vivos et mor-

tuos/ Propter hoc enim et mortuis euangelizatum est/ ut iudicentur
quidem secundum homines in carne/ viuant autem secundum deum in spiritu. Omnium
autem finis appropinquabit/ Estote itaque prudentes et vigilate in ora:
tionibus/ Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem conti
nuam habentes/ Quia caritas operit multitudinem peccatorum/ Hospita
les inuicem sine murmuratione/ Vnusquisque sicut accepit gratiam
in alterutrum illam administrantes/ sicut boni dispensatores multiformis
gratie dei. Si quis loquitur quasi sermones dei. Si quis ministrat tamquam
ex virtute quam administrat deus in omnibus/ ut in omnibus honorifi
cetur deus per ihesum christum cui est gloria et imperium in secula/ Caris
simi nolite peregrinari in feruore qui ad temptationem vobis fit/ et
nolite pauere quasi nouum aliquid vobis contingat/ sed communicantes christi
passionibus gaudete ut in reuelatione glorie eius gaudeatis
exultantes Si exprobramini in nomine ihesu christi beati eritis/ quoniam
quod est honoris glorie et virtutis dei et qui est spiritus eius in vobis
requiescit/ quod ab illis quidem blasfematur a vobis honorificatur
Nemo enim vestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maleficus
aut alienorum appetitor Si autem vt christianus non erubescat

glorificet autem deum in isto nomine. Quoniam tempus est ut inci-
piat iudicium de domo dei. Si autem primum a vobis quis finis
eorum qui non credunt dei evangelio. Et si iustus quidem vix salva-
bitur impius et peccator ubi parebunt. Itaque et hii qui patiuntur
secundum voluntatem dei fideli creatori commendant animas suas in benefactis
Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro consenior et testis Christi v. c.
passionum qui et eius que in futuro revelanda est glorie com-
municator pascite qui est in vobis gregem dei providentes non
coacte sed spontanee secundum deum neque turpis lucri gratia sed
voluntarie neque ut dominantes in cleris sed forma facti gregis
ex animo ut cum apparuerit princeps pastorum percipiatis inmar-
cessibilem glorie coronam. Similiter adolescentes subditi estote
senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate quia deus
superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur
sub potenti manu dei ut vos exaltet in tempore visitationis sue.
Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum quoniam ipsi
cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate quia adversarius vester
dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Cui

resistite fortes in fide Scientes eandem passionem ei que in mundo est
fraternitati vestre fieri Deus autem omnis gratie qui vocavit vos in eternam
suam gloriam in xpo ihu modicum modicum passos ipse perficiet et
fortificabit confirmabitque solidabitque Ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen
Per siluanum vobis fidelem fratrem ut arbitror breviter scripsi obsecrans
vos et contestans hanc esse veram gratiam dei in qua statis Salutat
vos que est in babilone coelecta et marcus filius meus Salu-
tate invicem in osculo sancto Gratia vobis omnibus qui estis in xpo amen

Incipit epistola ij canonica b. petri apostoli Capitulum primum



Symon petrus servus et apostolus ihu xpi hiis qui coequalem nobiscum sortiti sunt
fidem in iustitia domini et salvatoris nostri ihu xpi Gratia vobis et pax
adimpleatur in cognitione domini nostri Quomodo omnia nobis divine
virtutis sue que ad vitam et pietatem donata sunt per cognitionem eius qui
vocavit nos in propria gloria et virtute per quem maxima et preciosa nobis
promissa donavit ut per hec efficiamini divine consortes nature fugientes eius
que in mundo est concupiscentie corruptionem vos autem curam omnem
subinferentes ministrate in fide vestra virtutem In virtute autem scientiam
In scientia autem abstinentiam in abstinentia autem patientiam in patientia

pietate / in pietate autem amorem fraternitatis / in amore autem fraternitatis caritatem / Hec enim si vobiscum assint et superent / non vacuos sed sine fructu nos constituet in domini nostri ihesu christi cognitione / Cui enim non presto sunt hec, cecus est / et manu temptans / oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter fratres magis satagite / ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis / Hec enim facientes non peccabitis aliquando Sic enim habundanter ministrabitur vobis introitus in eternum regnum dei nostri et salvatoris nostri ihesu christi / propter quod incipiam vos semper commonere de hiis / quidem scientes et confirmatos vos in presenti veritate Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare vos in commonitione / Certus sum quod velox est depositio tabernaculi mei / secundum quod et dominus noster ihesus christus significavit michi per revelationem Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum ut horum memoriam faciatis Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri ihesu christi virtutem et presentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis Accipiens enim a deo patre honorem voce de celo lapsa ad eum

huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in
quo michi bene complacui ipsum audite/ Et hanc vocem nos audiuimus
de celo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto/ Et habemus
firmiorem propheticum sermonem/ Cui benefacitis attendentes/ quasi lucerne
ardenti lucenti in caliginoso loco/ donec dies elucescat et lucifer
oriatur in cordibus vestris/ hoc primum intelligentes quod omnis prophetia
scripture propria interpretatione non fit/ Non enim voluntate humana alla
ta est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti dei homines. ii. ca.

Fuerunt vero et pseudoprophete in populo sicut et in vobis erunt
magistri mendaces qui introducent sectas perditionis et eum qui emit eos
dominum negant superducentes sibi celerem perditionem/ Et multi sequentur eorum
luxurias/ per quos via veritatis blasphemabitur/ et in avaricia fictis verbis
de vobis negociabuntur/ quibus iudicium iam olim non cessat/ Et perdi
tio eorum non dormitat. Si enim deus angelis peccantibus non
pepercit/ sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit
in iudicium cruciandos reservari/ Et originali mundo non pepercit/ sed
octavum noe iusticie preconem custodivit/ diluvium mundo impiorum
inducens/ et civitates sodomorum/ et gomorreorum in cinerem redigens

euersione dampnat/ exemplu eoru q impie acturi sut/ ponens et iustu
loth oppressum a nephandoru iniusta ac luxuriosa conversatione eri
puit/ aspectu eni et auditu iustus erat/ habitans apud eos/ qui de die
in diem animam iustam iniquis opibus cruciabat/ Novit dns pi
os de temptatione eripe/ iniquos vero in diem iudicii cruciandos re-
servare/ Magis aute eos qui post carnem in concupiscentia immundicie
ambulant/ dnationemq contempnut, audaces sibi placentes/ sectas
non metuunt introducere blasfemantes/ ubi angeli fortitudine et virtu
te cu sint maiores no portant adversu se execrabile iudicium/
Hii vero q velut irrobilia pecora naturalit in captionem et in perniciem
et in hiis que ignorant blasfemantes in corruptione sua peribunt
percipientes mercedem iniusticie voluptate/ existimantes diei deli
cias coinquinationis et macule/ deliciis affluentes in conviviis suis
luxuriantes vobiscu/ oculos habentes plenos adulterii et incessabilis
delicti pellicentes animas instabiles/ cor exercitatu avaricia haben-
tes. maledictionis filii/ derelinquentes rectam viam erraverunt/
secuti viam erraverunt balaam ex bosor/ q mercedem iniquitatis a
mavit/ correptionem vero habuit sue vesanie subiugale mutu animal

hominis voce loquens: prohibuit prophete insipientiam. Hii sunt fontes sine
aqua et nebule turbinibus exagitate / quibus caligo tenebrarum
reservatur / Superbia enim vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis
carnis luxurie eos qui paululum effugiunt / Qui in errore conversantur
libertatem illis promittentes / cum ipsi servi sint corruptionis. A quo enim
quis superatus est / huius et servus est / Si enim refugientes coinquinatio-
nes mundi in cognitionem domini nostri et salvatoris ihesu xpisti / hiis rur-
sum implicati superantur / facta sunt eis posteriora peiora prioribus
Melius enim erat illis non cognoscere viam iusticie / quam post agnitionem
retrorsum converti ab eo. quod illis traditum est sancto mandato / Contigit
enim et eis illud veri proverbii / Canis reversus ad suum vomitum

Hanc ecce vobis / iii ca / et sus lota in volutabro luti. Ka-
rissimi secundam scribo epistolam in quibus excito vestram in commonitione sin-
ceram mentem / ut memores sitis eorum que predixi verborum a prophetis sanctis
et apostolorum vestrorum / et preceptorum domini et salvatoris. Hoc primum scientes
quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias con-
cupiscentias ambulantes. dicentes. Ubi est promissio aut adventus eius
Ex quo enim patres dormierunt / Omnia sic perseverant / ab initio creature

Latet enim eos hoc volentes quod celi erant prius et terra de aqua et per aquam
consistens dei verbo / per que ille tunc mundus aqua inundatus periit / Celi autem
qui nunc sunt et terra eodem verbo repositi sunt igni reservati in die iudicii
et perditionis impiorum hominum / Unum vero hoc non lateat vos karissimi quia unus
dies apud dominum sicut mille anni / Et mille anni sicut dies unus Non
tardat dominus promissis suam sicut quidam existimant / sed patienter agit propter vos nolens aliquos perire / sed omnes
ad penitentiam reverti / Adveniet autem dies domini sicut fur / in quo celi
magno impetu transient / elementa vero calore solventur / Terra autem et que
in ipsa sunt opera exurentur / Cum hec igitur omnia dissolvenda sint
quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus expectantes
Et properantes in adventum diei domini nostri ihesu christi per quem celi ardentes solventur / Et ele
menta ignis ardore tabescent / Novos vero celos et novam terram
secundum promissa ipsius expectamus in quibus iustitia habitat / propter quod
karissimi hec expectantes / satagite studiose laborate immaculati
et inviolati ei inveniri in pace / et domini nostri longanimitatem sa
lutem arbitramini Sicut et karissimus frater noster paulus / secundum
datam sibi sapientiam scripsit vobis / sicut et in omnibus epistolis loquens in eis
de hiis in quibus sunt quedam difficilia intellectu / que indocti et

et instabiles depravant sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem
Vos igitur fratres prescientes hec custodite vos metipsos ne insipientium errore
transducti excidatis a propria firmitate Crescite vero in gratia et in cogni-
tione domini nostri et salvatoris ihesu christi ipsi gloria et nunc et in die eternitatis

Incipit i epistola canonica beati Johannis apostoli capitulum primum

Quod fuit ab initio quod audivimus quod vidimus oculis nostris quod
perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite et vita manifestata est
et vidimus et testamur et annunciamus vobis vitam eternam que erat apud
patrem et apparuit nobis quod vidimus et audivimus et annunciamus
vobis ut et vos societatem habeatis nobiscum Et societas nostra sit cum
patre et filio eius ihesu christo Et hec scribimus vobis ut gaudeatis et gau-
dium vestrum sit plenum Et hec est annunciatio quam audivimus ab eo
et annunciamus vobis quoniam deus lux est et tenebre in eo non sunt
ulle Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo Et in tenebris
ambulamus mentimur et non facimus veritatem Si autem in luce am-
bulamus sicut et ipse est in luce societatem habemus adinvicem Et
sanguis ihesu christi filii eius emundat nos ab omni peccato Si dixerimus
quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est Si autem

ꝯfiteamur peccata nostra · fidelis est et iustus est ut remittat nobis peccata nostra
et emundet nos ab omni iniquitate Si dixerimus quoniam non peccavimus
mendacem facimus eum et verbum eius non est in nobis ij capitulum

Filioli mei · hec scribo vobis ut non peccetis Sed et si quis
peccaverit advocatum habemus apud patrem iustum ihesum xpistum / Et ipse
est propiciator pro peccatis nostris non pro nostris autem tantum / sed etiam pro totius
mundi / Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum si mandata eius ob
servemus / Qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit men
dax est / et in hoc veritas non est / Qui autem servat verbum eius vere
in hoc caritas dei perfecta est / In hoc scimus quoniam in ipso sumus / Qui
dicit se in ipso manere / Debet sicut ille ambulavit et ipse ambu
bulare · karissimi non mandatum novum scribo vobis / sed mandatum vetus
quod habuistis ab initio / Mandatum vetus est verbum quod audistis
Iterum mandatum novum scribo vobis quod est verum · et in ipso et in
vobis · quoniam tenebre transierunt / Et lux vera iam lucet / qui dicit se
in luce esse et fratrem suum odit / in tenebris est usque adhuc / Qui di
ligit fratrem suum in luce manet / Et scandalum in eo non est / Qui autem
odit fratrem suum in tenebris est / Et in tenebris ambulat et nescit

Si in ipso perfecti fuerimus

quo eat quia tenebre obcecauerunt oculos eius Scribo vobis filioli mei
quia remittuntur vobis peccata propter nomen eius Scribo vobis patres quia
cognouistis eum qui ab initio est Scribo uobis adolescentes quia
vicistis malignum Scribo vobis infantes quia cognouistis patrem Scribo
vobis iuuenes quia fortes estis et verbum dei in vobis manet et vicistis
malignum. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt
Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. quia omne quod est
in mundo. aut est concupiscentia carnis. et concupiscentia oculorum. aut superbia
vite que non est ex patre sed ex mundo est. Et mundus transit et concu
piscentia eius. Qui autem facit voluntatem dei manet in eternum Filioli mei — sicut et deus manet in eternum
nouissima hora est sicut audistis quia antichristus venit Et nunc antichristi
multi facti sunt Unde scimus quia nouissima hora est. ex nobis prodierunt
sed non erant ex nobis Nam si fuissent ex nobis permansissent utique
nobiscum Sed ut manifesti sint quia non sunt omnes ex nobis sed vos
unctionem habetis a sancto et nostis omnia Non scripsi vobis quasi ignoran
tibus veritatem sed quasi scientibus veritatem Et quia omne mendacium ex
veritate non est. Quis est mendax nisi is qui negat quoniam Ihesus
non est Christus Hic est antichristus qui negat patrem et filium Omnis

qui negat filiu nec prem habet/ Qui aute cfitet filiu habet
et prem. vos quod audistis ab inicio in vob pmaneat. Si in vob
pmaserit qd ab inicio audistis. et vos in patre et filio manebit
Et hec est repromissio qua ipe pollicitus est nobis vita etna
hec scripsi vob de hijs qui seducunt vos/ Et vos vnccionem qua
accepistis abeo maneat in vobis/ Et no necē habetis vt aliquis
doceat vos/ sed sicut vnccio eius docet vos de omnibus/ Et veru
est et no est mendaciu/ Et sicut docuit vos manete in eo/ Et nunc
filioli manete in eo vt cu apparuerit habeamus fiduciam/ Et no
cfundamur abeo in adventu eius/ Si scitis qm iustus est/ sci-
tote qm et omnis q facit iusticiam ex ipo natus est/ iij cam
Videte qualē caritatē dedit nob pater vt filij dei nōiemr
et simus/ ppter hoc mundus no novit nos. qz no novit eum
Kmi nunc filij dei sumus/ et non dum apparuit quid erimus/ Scimus
qm cu apparuerit siles ei erimus/ qm videbimus eum sicuti e
Et omnis qui habet spem hac in eo scificat se/ sicut et ille scus
est/ Omnis qui facit pctm et iniqtate facit/ Et pctm est iniq-
tas/ Et scitis qm ille apparuit vt pcta tolleret et pctm in eo no

est/ Omis qui in eo manet non peccat/ et omis qui peccat non
vidit eum nec cognouit eum filioli nemo vos seducat/ Qui fac
iusticiam iustus est/ sicut et ille iustus est/ Qui facit pctm ex dyabo e
qm ab inicio dyabolus peccat/ In hoc apparuit filius dei ut dissoluat
opa dyaboli/ Omis q natus est ex deo pctm non facit/ qm seme
ipius in eo manet/ et no pt peccare quia ex deo natus est/ In hoc
manifesti sunt filij dei et filij dyaboli Omis qui no est iustus no
est ex deo/ Et qui no diligit frem suu/ qm hec est annunciacio
qua audistis ab inicio ut diligatis alterutru/ Non sicut caym qui
ex maligno erat/ et occidit frem suu/ et ppt quid occidit eum
Qm opa eius maligna erant/ fris aute eius iusta Nolite mirari
fres si odit vos mudus Nos scimus qm translati sumus de mor
te ad vitam. qm diligimus fres/ et qui no diligit manet in
morte/ Omis q odit frem suu homicida est/ Et scitis qm omis ho
micida non habet vitam eternam in se manente/ In hoc cogno
uimus caritatem dei qm ille p nobis aiam sua posuit et nos debemus
p fribus aias ponere Qui habuerit sbam huius mudi et viderit
frem suu necessitatem habere/ Et clauserit viscera sua ab eo. quo caritas

dei
patris manet in eo? filioli mei no diligamus v'bo neq3 lingua
sed opere et veritate. In hoc cognoscimus qm ex veritate sumus et
conspectu
in qspectu eius suadebimus corda nra. Qm si reprehendit nos
cor nostr maior est deus corde nro / Et novit omnia. Karmi si
cor nrm no apphenderit nos. fiduciam hemus ad deum / et quod:
cumq3 petierimus accipiemus ab eo. qm mandata eius custodimus / et ea q
sunt placita cora eo facimus. Et hoc est mandatu eius ut credamus
in nomine filij eius / ihu xpi / et diligamus alterutru sicut deus dedit
mandatum nobis / Et qui servat mandata eius in illo manet / et
ipse in eo / Et in hoc scimus qm manet in nobis / de spu suo
C. Karissimi nolite oi spui credere / cptu tcm / dedit nob
sed probate spus si ex deo sint / qm multi pseudo pphe exierunt
in mundum. in hoc cognoscitur spus dei / ois sps q confitetur ihm xpm in
carne venisse ex deo est / Et ois spus q solvit ihm ex deo no est
et hic est antixps de q audistis qm venit / et nunc iam in mundo est / vos
ex deo estis filioli et vicistis eum. qm maior est qui in vobis
q qui in mundo est. Ipsi de mundo sunt / io de mundo locuntur / Et mundus
eos audit Nos aute ex deo sumus qui novit deum audit nos

Johannis j

Qui autem non est ex deo non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis
et spiritum erroris. Karissimi diligamus invicem quia caritas ex deo est
Et omnis qui diligit fratrem suum ex deo natus est et cognoscit deum
Qui non diligit non novit deum quoniam deus caritas est. In hoc apparuit ca-
ritas dei in nobis quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum
ut vivamus per eum. In hoc est caritas dei. non quasi nos dilexerimus
deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos et misit filium suum propiciacionem
pro peccatis nostris. Karissimi si sic deus dilexit nos et nos debemus alterutrum di-
ligere. Deum nemo vidit umquam. Si diligamus invicem deus in
nobis manet. Et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus
quoniam in eo manemus et ipse in nobis. quoniam de spiritu suo dedit nobis
et nos vidimus et testificamur quoniam pater misit filium suum salva-
torem mundi. Quicumque confessus fuerit quoniam ihesus est filius dei, deus
in eo manet et ipse in deo et nos cognovimus et credimus caritati
quam habet deus in nobis. Deus caritas est et qui manet in caritate
in deo manet et deus in eo. In hoc facta est caritas dei nobiscum ut fi-
duciam habeamus in die iudicii. quia sicut ille est et nos sumus in hoc
mundo. Timor non est in caritate. sed perfecta caritas foras mittit

timore. quoniam timor penam habet. qui autem timet non est perfectus in caritate
Nos ergo diligamus deum quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam
diligo deum et fratrem suum oderit mendax est. qui enim non diligit fratrem
suum quem videt. deum quem non videt quomodo potest diligere. Et hoc man

Capitulum v

datum habemus a deo ut qui diligit deum diligat et fratrem suum. Omnis
qui credit quoniam ihesus est christus ex deo natus est. et omnis qui diligit
eum qui genuit. diligit eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus
quoniam diligimus natos dei. cum deum diligamus et mandata eius faciamus.
Hec est enim caritas dei ut mandata eius custodiamus. et mandata
eius gravia non sunt. quoniam omne quod natum est ex deo vincit mundum

Dominica i post pascha

Et hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Quis est autem qui vincit
mundum nisi qui credit quoniam ihesus est filius dei. Hic est qui venit per
aquam et sanguinem ihesus christus. non in aqua solum sed in aqua et sanguine
et spiritu. Et spiritus est qui testificatur quoniam christus est veritas. Quoniam tres sunt
qui testimonium dant in celo. pater et verbum et spiritus sanctus. Et hii tres
unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra. spiritus et aqua et sanguis.
et tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus testimonium dei maius est
Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est. quod testificatus est de filio suo.

qui credit in filium dei habet testimonium dei in se. Qui non credit in filium
dei mendacem facit eum quia non credit in testimonium illud quod testifi-
catus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium quia vitam eternam
dedit nobis deus. Et hec vita in filio eius est. qui habet filium habet
et vitam. et qui non habet filium dei. vitam non habet. Hec scripsi vobis
ut sciatis quia vitam habetis eternam qui creditis in nomine filii dei. Et
hec est fiducia quam habemus ad deum. quia quodcumque pecierimus secundum
voluntatem eius audiet nos. Et scimus quia audit nos quicquid pe-
cierimus. Scimus quia habemus peticiones quas postulamus ab eo
Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat pro eo et dabitur
ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem. non pro illo dico
ut quis roget. Omnis iniquitas peccatum est. et est peccatum ad mortem
Scimus quia omnis qui natus est ex deo non peccat. sed generatio dei conservat eum
et malignus non tangit eum. Scimus quia ex deo sumus. et mundus totus
in maligno positus est. Et scimus quia filius dei venit et carnem
induit nostri causa. et passus est et resurrexit a mortuis. et assumpsit
nos et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum deum. et simus in vero
filio eius. hic est verus deus et vita eterna. Filioli custodite vos

a simulacris. Amen. Incipit secunda epistola canonica beati Iohannis apostoli

Senior electe domine et natis eius quos ego diligo in veritate
et non ego solus sed et omnes qui cognoverunt veritatem propter veritatem
que permanet in nobis et nobiscum erit in eternum. Sit vobiscum gratia misericordia
et pax a deo patre et domino ihesu christo filio patris in veritate et caritate
Gavisus sum valde quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate sicut
mandatum accepimus a patre. Et nunc rogo te domina non tamquam mandatum
novum scribens tibi sed quod habuimus ab initio ut diligamus alterutrum
Et hec est caritas ut ambulemus secundum mandatum eius. Hoc est enim mandatum
eius ut quemadmodum audistis ab initio in eo ambuletis quoniam multi
seductores exierunt in mundum qui non confitentur christum ihesum venisse
in carne hic est seductor et antichristus. Videte vos metipsos ne perdatis
que operati estis sed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui precedit
et non permanet in doctrina christi deum non habet qui permanet in doctrina
hic et filium et patrem habet. Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non
affert nolite recipere eum in domum nec ave ei dixeritis. Qui enim
dixerit illi ave communicat operibus eius malignis. Ecce predixi vobis
ut in die domini non confundamini. Plura habens vobis scribere

Nolui p cartam et atramentu Spero em me futuru apt vos
et os ad os loqui vt gaudiu vrm plenu sit Salutat te filii so
roris tue electe gratia tecum Amen

Incipit tercia epla cano
nica btı Johis apli

Senior gaio karmo que ego diligo in veritate. Karme de
omnibus oratom facio pspere te ingredi et valere sicut
prospere agit anima tua. Gavisus sum valde venietib9 fribus
et testio phibentibus veritati tue Sicut tu in vitate ambulas
maiorem horu non hbeo gratiam qm ut filios meos audiam in veritate
ambulare. Karissime fidelit facis quicqd opaıs in fres et hc
in pegrinos qui testiomu reddiderut caritati tue in conspectu
ecclie quos benefacies deduces digne deo. pnomie em eius
profecti sunt nichil accipientes a gentibus. Nos ergo debemq
suscipere huiusmodi vt cooperatores simus veritatis Scripsissem
forsitan eccie. sed is qui pmatu amat gere in eis dyotrepl es non
recipit nos. ppter hoc si venero commoneam eius opa que facit
vbis malignis garriens in nos. Et qi ei no sufficiat ista nec
ipe suscipit fres. Et eos qui suscipiut phibet. Et de ecclia eicit.
Karissime noli imitari malu. sed quod bonu est. Qui bene

facit ex deo est qui autē male facit nō videt deum. Demetrio te-
stimoniū redditur ab omnibus et ab ipā veritate Sed et nos testio-
phibem⁹ et nosti qm̄ testimoniū nostrū verū est. Multa habui
scribere tibi sed nolui p attramentū et calamū scribere tibi
Spero autē ptinus te videre et os ad os loquimur. pax tibi Salutāt
te amici Saluta (tu) amicos p nomen (nominatim) Amen

Incipit epl'a canonica btī Jude siue thadei apl'i capitulum primū

Judas ihū xp̄i s̄uus frater autē Jacobi. hijs qui in deo (sue) pre di-
lectis. et ihū xp̄o conseruatis et vocatis. Misericordia vob et pax
et caritas adimpleatur Kmi omēz sollicitudinēz faciēs scribēdi vob
eplam de comuni vr̄a salute, Necesse habui scribere vobis de-
precans supcertari semel tradite sc̄is fidei Subintroierunt em̄ qdā
homines qui olim pscripti sunt in hoc iudiciū impij dei nr̄i gratiā
transferentes in luxuriam et solum dnatorē et dnm̄ nostrū ihm̄
xp̄m negātes Commonere autē vos volo scientes semel omnia.
qm̄ ihūs pplm̄ de terra egipti saluās Scdo eos q̄ nō crediderunt p-
didit Angelos vero qui nō seruauerūt suū principatū sz dereliquerūt
suū domiciliū in iudiciū magni dei. vinculis eternis sub cali-
gine seruauit Sicut sodoma et gomorra et finitime ciuitates

Jude

similimodo fornicatae sunt et abeuntes post carnem alteram factae sunt exem-
plum ignis aeterni poenam sustinentes. Similiter et hii qui carnem quidem
maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.
Cum michael archangelus cum dyabolo disputans altercaretur de
moysi corpore non est ausus iudicium inferre blasphemie, sed dixit
imperet tibi deus. Hii autem quecumque ignorant blasphemant, quecumque autem
naturaliter tamquam muta animalia norunt in hiis corrumpuntur.

Ve illis qui viam caym abierunt, et errore balaam mer-
cede effusi sunt et contradictione chore perierunt. Hii sunt in epu-
lis suis maculae convivantes sine timore semetipsos pascentes
nubes sine aqua que a ventis circumferuntur, arbores autumna-
les infructuose bis mortue eradicate, fluctus feri maris
despumantes suas confusiones, sydera errantia quibus procella te-
nebrarum in eternum servata est. Prophetavit autem de hiis septimus ab a-
dam enoch dicens ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere
iudicium contra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus
impietatis eorum quibus impie egerunt et de omnibus duris que
locuti sunt contra eum peccatores impii. Hii sunt murmuratores

querulosi secundum desideria sua ambulantes et os illorum loquitur superba
mirantes personas questus causa vos autem karissimi memores estote
verborum que predicta sunt ab apostolis domini nostri ihesu xpisti qui dicebant vobis
quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum sua desideria ambu
lantes in impietate. hii sunt qui segregant semetipsos animales spiritum
non habentes vos autem karissimi superedificantes vos metipsos sanctissime
vestre fidei in spiritu sancto orantes hortantes ipsos vos in dilectione dei serva
te expectantes misericordiam domini nostri ihesu xpisti in vitam eternam Et hos quidem
arguite iudicatos. illos vero salvate de igne rapientes. aliis autem
miseremini in timore dei odientes et eam que carnalis est ma
culatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato et
constituere ante conspectum glorie sue immaculatos in exultatione soli
in adventu domini nostri ihesu xpisti deo salvatori nostro per ihesum xpistum dominum nostrum cui est gloria et magnifi
centia et imperium et potestas ante omne seculum et nunc et in omnia secula
seculorum Amen. Hic est finis Canonice Jude. Hoc autem quod sequitur non est de textu biblie Jacobus petrus Johannes Judas septem epistolas ediderunt
tam misticas succinctas et breves pariter et longas. breves in ver
bis longas in sententiis ut rarus non in earum lectione caecutiat. Jacobus
dei qui appellatur frater domini tormento iustus. Nonnulli existimant

Iude

ꝗ Joseph genuit enim ex alia uxore Ut autem michi videtur filius
sororis matris domini. cuius in libro suo Johannes meminit / hic post pas-
sionem domini statim ab apostolis episcopus iherosolimitanorum ordinatus / unam
tantum epistolam scripsit / que de septem catholicis vel canonicis Josephus
at vicinus apostolorum temporum de Jacobo narrans ait / suscepit ecclesiam
post apostolos iacobus cognomento iustus / multi enim iacobi vocati sunt hic
de utero matris sue sanctificatus fuit / Nullamque carnem manducavit
nec umquam attonsus est / nec unctus oleo. nec usus balneo / cuique
solitum erat ingredi in sancta sanctorum / Si quidem vestibus non lineis ute-
batur / Et flexis genibus pro populo deprecabatur in tantum ut et duriciam
camelorum traxisse genua eius tradatur Joseph autem et Clemens dicunt
mortuo festo qui iudeam provinciabat / albinum successorem missum
esse a nerone / cum iam nec ad provinciam venisset. annus pontifex
adolescens concilium congregatur / Et publice compelleret iacobum ut dei
filium denegaret / et contradicentem lapidari iussit / cum iam precipitatus
sit de pinna templi confractis cruribus semivivus clamans ait / Ignosce
eis domine / fullonis fuste in cerebro percussus interiit / de quo apostolus
paulus ait / Alium apostolorum neminem vidi nisi Jacobum fratrem domini

Canonica iude

Triginta autem annis rexit ecclesiam usque ad septimum neronis annum
Et iuxta templi angulum sepultus est/ et huius tumulum usque ad sedi-
802 tionem titi et illodriam Canones novi testamenti. primus petrus scrip-
sit/ Secundus iacobus/ Tertius matheus/ quartus iudas/ quintus paulus/
sextus barnabas. septimus lucas/ Octavus marcus/ Nonus Johannes
Quare iacobus primus in ordine epistolarum ponitur/ cum primus petrus
in ordine canones scripsit/ hac de causa fuit prerogativam apostolici ordinis
ut quidam interpretatur sufficit vel prestantius est/ ut affirmant alii ut pri-
mus petrus ponatur cum primus scripsit/ Dicit quidam quod epistola iacobi
Hier. 815 ab alio sit edita sub eius nomine quorum opinio falsa est/ Si-
mon petrus filius iohannis provincie galilee vico bethsaida
frater andree apostoli Et princeps apostolorum post episcopatum antiochensis
ecclesie et predicatorum dispersionis dispersionis eorum qui de circumcisione
crediderunt in ponto galatie. capadocia. asya. bithinia. scripsit
duas epistolas que catholice nominantur quarum secunda a plerisque eius
esse negatur/ propter stili cum priore dissonantiam/ Johannes pro humilitate non
[posuit] posuit nomen suum/ licet scripsit unam epistolam canonicam/ Et duas
Hier. 826 memorias suas scripsit/ Judas iacobi frater unam parvam que

de septē catholicis eplis reliq / Et q3 de libro enoch q̄ apocri-
fus est in ea assūpsit testio̅ a plerisq3 reicit' / tn̄ int' scptās
scās computat' / Jacobus aplus scm̄ instruit clerū de cultu celestiū
ꝑceptorū et regula catholice obs'uantie / et de inuicte potentie
maiestate et de reuelatōne plimorū et de emendatōne inglorū

Incipit prologus beati Jeronimi in apokaly / cap' p'm

Omnes qui pie volunt
viuere in cristo / sicut ait aplus ꝑsecutōm patient' / Juxta
illud / Fili accedes ad s'uitute dei sta in iusticia et timore et ꝑpa-
ra animam tuā ad temptatōēs / Temptatio nam3 est vita hominis sup
terram / Ne aute fideles in his deficiat / consolat' eos dns atq3 con-
firmat dicēs Nobis sum vsq3 ad consumatōm secli / Et nolite tiere
pusillus grex / ꝑpter q̄ videns dns deus pater tribulatōnes
quas passura erat eccia ab aplis fundata supra xpm vt
minus timeat disposuit vna cum filio et spū sto eas reue-
lare / Reuelauit aute tota trinitas xpo scdm humanitate / xpus
vero ihm ꝑ angelum / Johes ecclie / de qua reuelatōne hunc
librum composuit / Vnde et liber iste appokalypsis dicit' i. reue-
latio / q3 hic continet' / que reuelauit deus iohm / et iohannes

ecclie · ecc̃ita sʒ etiã passa sit in tp̃e p̃mitiuo / Et nũc patiat̃ / et i

nouissimis tp̃ibus antixp̃i passura sit / qn̄ tãta erit tribulaco ·

vt si fieri pt̃ etiam moueat̃ electi / Et que p̃phijs et nũc et in futo

p̃mia sit suscepta / vt quos denũciata supplicia terrent / p̃missa

p̃mia letificet / Ideo iste liber inter reliq̃s sc̃ptũs noui testamen

p̃phetie nomie censet̃ que alijs est excellentior p̃pheciijs · veteris testa

menti / qz de xp̃o et eccłia magis ex parte iam adimpleta sacramenta

denũciat / vel etiã ideo qz cũ alijs vnifaria ista trifaria dicta est

p̃phecia simul scilicet de preterito et p̃nti et futo / Ad cuius confirma:

cionem autoritatē occurrit etiam auctoritas mittentis et deferentis et

accipientis / mittentis sʒ trinitatis / et deferentis sʒ angeli accipientis

sʒ iohannis Cum autē iohĩ hec in visione fuerunt reuelata et sit

tria genera visionum sub quo genere ꝯtineat̃ / videndum est / Visio enim

alia corporalis / qn̄ vʒ corporalibus oculis aliq̃d videtur / Alia sp̃ualis

seu ymaginaria cũ vʒ dormientes vel etiam vigilantes ymagines

rerum cernimus quibus aliq̃d aliud significat̃ / sicut vidit pharao spicas et

moyses rubum ardere ille dormiens · iste vigilans / Alia intellec

tualis qn̄ vʒ sp̃u sc̃o reuelante intellectu mentis veritatē misteriorum

sicut est capitulo quomodo uidit iohannes que in hoc libro referuntur
Non enim figuras tantum spiritu uidit sed et earum significata mente intel
lexit. Vidit autem iohannes et scripsit in pathmos insula relegatus
a domiciano in exilio principe impiissimo. hac eum ad scribendum
compellente causa. quia dum exul teneretur a domiciano in pathmos
insula in ecclesiis quibus preerat multa pullularunt atque inoleuerunt
uicia atque diuerse hereses. Erant enim quidam heretici ibi dicentes christum
non fuisse ante mariam quia temporaliter de ea natus est erat. quos iohannes
in principio euangelium sui redarguit dicens In principio erat uerbum
et in hoc libro cum dicat Ego sum alpha et o id est principium et finis. Dicebat
enim quidam etiam pondere tribulationum ante finem seculi desistere
Et pro labore non premium eternum suscepturos. Horum ergo errores
volens destruere iohannes ostendit christum principium esse et finem. unde
ysaias Ante me non est formatus deus et post me non erit. Et
etiam per exitium tribulationum non desinere sed perficere. Et pro hiis
premium eternum recipere. Scribit autem iohannes septem ecclesiis asye
Et earum septem episcopis de perditis instruens et per eam totam generalem
etiam docens. Est itaque materia iohannis in hoc opere status spiritualis

asyane ciuitate ivnon et totus vz que in presenti paciatur et in futuro

recepta sit. Intencio vero eius est monere ad paciam que obseruanda est/ tum quia breuis labor/ tum quia premium magnum. Modus tractandi talis est/ primo premittit prologum et salutacionem ubi reddit auditores benignos/ et attentos. quo premisso accedit ad narracionem. Ante narracionem vero ondit xpm esse ab eterno sine principio et fine induces xpm loquentem Ego sum alpha et ω/ i. principium et finis/ postea accedens ad narracionem distinguit septe visiones/ Quibus terminatur iste liber terminatur/ premittit autem prologum dicens Apokalipsis ihesu xpi subaudiens hec est sicut in aliis visio pobalip. Incipit Apokalipsis/ ysaye hec est/ et pabolis salomonis

Apokalipsis ihesu xpi quam dedit illi deus palam facere seruis suis que opportet fieri cito Et significauit mittens per angelum suum seruo suo iohanni. qui testimonium perhibuit verbo dei/ et testimonium ihesu xpi in hiis quecumque vidit Beatus qui legit et qui legit audit verba prophecie libri huius et seruat ea que in ea scripta sunt/ Tempus enim prope est Iohannes septem ecclesiis que sunt in asya/ gracia vobis et pax ab eo

qui est/ Et qui erat/ et qui venturus est/ Et a septe spiritibus qui
in conspectu throni eius sunt/ Et a ihu xpo q est testis fidelis pri-
mogenitus mortuorum et princeps regum terre qui dilexit nos et lavit
nos a peccatis nris in sanguine suo/ et fecit nos regnum nostrum sa-
cerdotes deo et patri suo ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen et
Ecce venit cu nubibus et videbit eum omnis oculus/ Et qui eum
pupugerunt/ Et tunc plangent se sup eum. Omnes tribus terre etiam
Amen/ Ego sum alpha et o principium et finis dicit dns deus
qui est/ et qui erat/ et qui venturus est omps Ego iohes fr-
ater vester et particeps in tribulatione et regno et pacia in xpo ihu
fui in insula que appellatur patmos propter vbm dei et testimon
ihu xpi fui in spiritu in dnica die/ Et audivi post me voce ma
gnam tamquam tube dicet Quod vides scribe in libro et mitte septem
ecclesiis que sunt in asia ephesum et smirne et pergamo et
thiatire et sardis et filadelphie et laodicie/ Et conversus sum vt
viderem vocem que loquebatur mecum/ Et conversus vidi septe cande
labra aurea et in medio septe candelabrorum aureorum similem
filio hominis vestitum podere/ et precinctum ad mamillas zona

aurea Caput autem eius et capilli erant candidi tanquam lana alba
et tanquam nix · et oculi eius velut flamma ignis · et pedes eius similes
auricalco sicut in camino ardenti / et vox illius tanquam vox aquarum multarum
et habebat in dextera sua stellas septem / Et exore eius gladius ex utraque
parte acutus exiebat / Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua /
Et cum vidissem eum cecidi ad pedes eius tanquam mortuus / Et po-
suit dexteram suam super me dicens Noli timere ego sum primus et no-
vissimus et vivus et fui mortuus / Et ecce sum vivens in secula seculorum
Amen Et habeo claves mortis et inferni Scribe ergo que vidisti
et que sunt et que opportet fieri post hec / sacramentum septem stellarum
quas vidisti in dextera mea · et septem candelabra aurea /
Septem stelle septem angeli sunt / septem ecclesiarum · et candelabra
Et Angelo ephesi ecclesie scribe / ii ca. / septem · septem ecclesie sunt
Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua · qui ambulat in medio
septem candelabrorum aureorum Scio opera tua et laborem tuum
et patientiam tuam / quia non potes sustinere malos / Et temptasti eos
qui se dicunt apostolos esse et non sunt / Et invenisti eos mendaces / Et
patientiam habes / et sustinuisti eos propter nomen meum et non defecisti

Sed hec adversus te pauca. quod caritatem tuam primam reliquisti / Memor
esto itaque unde excideris. et age penitentiam et fac prima opera Sin autem
venio tibi cito et movebo candelabrum tuum de loco suo nisi pe
nitentiam egeris Sed hoc habes bonum quod odisti facta nicolaitarum
que et ego odi / Qui habet aures audiendi audiat / quid spiritus dicat ecclesiis
Vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei / Et
angelo smyrne ecclesie scribe / Hec dicit primus et novissimus qui fuit mor
tuus et vivit / Scio tribulationem tuam. et paupertatem tuam. sed dives es
et blasfemaris ab hiis qui se dicunt iudeos esse et non sunt / sed
sunt synagoga sathane / nichil horum timeas que passurus
es Ecce missurus est dyabolus aliquos ex vobis in carcerem ut temptemini
ini et habebitis tribulationem diebus ~~septem~~ decem Esto fidelis usque
ad mortem. et dabo tibi coronam vite / Qui habet aures audiendi audiat
quid spiritus dicat ecclesiis / Qui vicerit / non ledetur a morte secunda / Et
angelo pergami ecclesie scribe / Hec dicit qui habet romphe(am)
ex utraque parte acutam Scio ubi habitas / ubi sedes est sathane / et te
nes nomen meum et non negasti fidem meam in diebus illis an
tipas testis meus fidelis / qui occisus est apud vos ubi sathanas

hitat. Sed habeo adversus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam
Balaam qui docebat balac mittere scandalum coram filiis isrl
edere de sacrificiis ydolorum et fornicari. ita habes et tu tenentes
doctrinam nicolaitarum. Similiter penitenciam age. si quo minus, veniam tibi
cito et pugnabo cum illis in gladio oris mei / Qui habet aures
audiat / quid spiritus dicat ecclesiis / Vincenti dabo manna abscon-
ditum / Et dabo illi calculum candidum. et in calculo nomen novum
scriptum quod nemo scit nisi qui accipit / Et angelo tyatire
ecclesie scribe / Hec dicit filius dei / qui habet oculos tamquam flammam
ignis / Et pedes eius similes auricalco Novi opera tua et fidem
et caritatem et ministerium et pacienciam et opera tua novissima plura
prioribus Sed habeo adversus te pauca. quia permittis mulierem yesa
bel que se dicit prophetam. docere et seducere servos meos forni
cari et manducare de ydolaticis / Et dedi illi tempus ut penitenciam ageret
Et non vult penitere a fornicatione sua Et ecce mitto eam in
lectum et qui mechantur cum ea in tribulatione maxima erunt nisi
penitenciam egerint ab operibus suis / et filios eius interficiam in mor
te Et scient omnes ecclesie quia ego sum scrutans renes et corda et

dabo unicuique vestrum secundum opera vestra. Vobis autem dico et ceteris qui
tyatyre estis. quicumque non habent doctrinam hanc. qui non cognouerunt
altitudinem sathane quemadmodum dicunt. Non mittam super vos aliud
pondus. Tamen id quod habetis tenete donec veniam. et qui vicerit
et qui custodierit usque in finem opera mea. dabo illi potestatem super
gentes. Et reget illas in virga ferrea tamquam vas figuli con=
fringentur. Sicut et ego accepi a patre meo. et dabo illi stellam
matutinam. Qui habet aures audiat. quid spiritus dicat ecclesiis. iii c

Et angelo ecclesie sardis scribe. hec dicit qui habet septem
spiritus dei et septem stellas. scio opera tua. quia nomen habes quod vivas et
mortuus es. Esto vigilans et confirma cetera que moritura erant
Non enim invenio opera tua plena coram deo meo. In mente ergo
habe qualiter acceperis et audieris et serua et penitentiam age. Si ergo non
vigilaueris veniam ad te tamquam fur. Et nescies qua hora veniam
ad te. Sed habes pauca nomina in sardis qui non coinquinauerunt ve=
stimenta sua et ambulant mecum in albis quia digni sunt. Qui vicerit
sic vestietur vestimentis albis. Et non delebo nomen eius de libro
vite. Et confitebor nomen eius coram patre meo et coram angelis eius

Qui habet aures audiat / quid spiritus dicat ecclesiis / Et angelo phi-
ladelphie ecclesie scribe / hec dicit sanctus et verus qui habet clavem
david / qui aperit et nemo claudit / claudit et nemo aperit / Scio
opera tua. ecce dedi coram te hostium apertum quod nemo potest claudere
quia modicam habes virtutem et servasti verbum meum et non negasti nomen
meum. Ecce dabo tibi de synagoga sathane qui dicunt se iudeos
esse et non sunt / sed menciuntur / ecce faciam illos ut veniant et adorent
ante pedes tuos / Et sciet quia ego dilexi te quoniam servasti verbum
paciencie mee. et ego te servabo ab hora temptacionis que ventura est
in orbem universum temptare habitantes in terra / Ecce venio cito
tene quod habes ut nemo alius accipiat coronam tuam. Qui vicerit,
faciam illum columpnam in templo dei mei / et foris non egredietur
amplius. et scribam super eum nomen dei mei / et nomen civitatis
nove ierusalem que descendit de celo a deo meo / et nomen meum
Capitulum iiii
novum / Qui habet aures audiat / quid spiritus dicat ecclesiis / Et an-
gelo laodicie ecclesie scribe hec dicit amen testis fidelis, et verus qui
est principium creature dei. Scio opera tua / quia neque frigidus es, neque cali-
dus / utinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, incipiam
et nec frigidus nec calidus

te evomere de ore meo / quia dicis quod dives sum et locupletatus
et nullius egeo et nescis quia tu es miser / et miserabilis et pauper
et cecus et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum et proba
tum ut locuples fias et vestimentis albis induaris ut non appareat con-
fusio nuditatis tue / et collirio inunge oculos tuos ut videas. Ego
quos amo arguo et castigo / Emulare ergo et penitenciam age / Ecce
sto ad hostium et pulso / si quis audierit vocem meam et aperuerit ia-
nuam intrabo ad eum et cenabo cum illo et ipse mecum. Qui vi-
cerit dabo ei sedere mecum in throno meo / sicut et ego vici et
sedi cum patre meo in throno eius / Qui habet aures audiat quid
Post hec vidi et ecce hostium / iiii ca / spiritus dicat ecclesiis :
apertum in celo / Et vox prima quam audivi tamquam tube loquentis
mecum dicens / Ascende huc et ostendam tibi que oportet cito fieri
post hec / Et post hec statim fui in spiritu et ecce sedes posita erat
in celo et supra sedem erat sedens / Et qui sedebat similis erat
aspectui lapidis iaspidis / et sardinis / Et iris erat in circuitu sedis
similis visioni smaragdine / et in circuitu sedis sedilia viginti qua-
tuor / et super thronos xxiiii seniores sedentes circumamicti

vestimetis albis et in capitib9 eoꝝ coronas aureas/ Et de throno
ꝓcedebat fulgura et voces et tonitrua. et septe lāpadas ardētes
ante thronū que sūt septe spūs dei/ Et in cōspctu sedis tanqͫ
mare vitreū simile cristallo Et in medio sedis et in cuitu sedꝭ
qͣtuor aīalia plena oclis ante et retro/ Et aīal primū simile
leoni/ Et scd̄m aīal simile vitulo/ Et tciū aīal hns faciē
qͣ̄si hōis/ Et qͣrtū aīal sile aqle volāti/ Et qͣtuor aīalia singla
eoꝝ hebant alas senas/ Et in cuitu et intus plena st̄ oclis/ Et
requiē nō hebāt die ac nocte dicētia Sanctus scūs dn̄s deꝰ opꝭ
qui est et qui erit et q̄ venturꝰ est/ Et cū darēt illa qͣtuor aīalia
glīam et honorem/ et benedictōē sedenti sr̄ thronū viuēti in
scla scloꝝ/ ꝓcidebāt viginti qͣtuor seniores ante sedētē in throno
et adorauerūt viuētē in scla scloꝝ Et mittebāt corōnas suas
ante thronū dicētes/ Dignus es dn̄e deus nr̄ accipe glīam et
honorē et vtutē qꝛ tu cr̄asti omīa et ꝓpt̄ volūtatem tuā erāt

E T uidi in dextera dn̄i sedentis v. c. / et cr̄ata sunt
sup thronū libꝝ scptū intꝰ et forꝭ signatū sigill septē/ Et uidi
angelū forte p̄dicātē voce magͣ/ Quis ē dignꝰ apire librū

et soluere signacula eius/ Et nec poterat in celo neqꝫ in terra
neqꝫ subtus terram aperire librum neqꝫ respicere illud/ Et ego flebam
multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum nec videre eum
Et vnus de senioribus dixit michi ne fleueris/ Ecce uicit leo de tribu
iuda radix dauid aperire librum/ et septem signacula eius soluere
Et uidi et ecce in medio throni et quatuor animalium et in medio
seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem
et oculos septem qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram/ Et venit
et accepit librum de dextera sedentis in throno/ Et cum aperuisset librum
quatuor animalia et xxiiii seniores ceciderunt coram agno haben-
tes singuli cytharas et phialas aureas. plenas odoramentorum que
sunt orationes sanctorum et cantabant nouum canticum dicentes/ Dignus
es domine deus noster accipe librum et aperire signacula eius/ quoniam occisus
es/ et redemisti nos deo in sanguine tuo/ ex omni tribu et lingua
et populo et natione/ et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes
et regnabimus super terram/ et uidi et audiui vocem angelorum multorum in
circuitu throni et animalium et seniorum/ Et erat numerus eorum milia
milium dicentium voce magna/ Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem

et diuitatē et sapiam et fortitudiem et honorem et glam et
benedictoz et omem creatura que in celo est/ et q̄ sr̄ tram et sb
tra· et in mari et q̄e sunt in eo· Omēs audiui dicētes sedenti i
throno et agno Benedictio et claitas et honor et gla et ptas
in scla sclōz/ Et q̄or aialia dicebat amen vi cam
Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas et adoraūt
Cam vi
viuetē in scla sclōz/ Et vidi cu appuiss agnꝰ vnu de septē sig- sigillis
clis/ audiui vnu de q̄or aialibꝰ dicēs/ tanq̄ voce tonitrui· veni
et vide· et vidi/ Et ecce eqꝰ albꝰ et q̄ sedebat sup eu/ hebat arcu
i manꝰ et data est ei corona ptās et exiit vincēs vt vinceret/ Et cu appuiss si
gillu scd̄m audiui scd̄m aial dicēs/ veni et vide/ Et exiuit aliꝰ equs
ruffꝰ et q̄ sedebat sr̄ eu datu ē illi ut sumeret pace de tra· et ut inuicē
se interficiāt ent/ datꝰ ē illi gladiꝰ magnꝰ/ Et cu appuiss sigilla sigillu tciu
audiui aial tciu dicēs veni et vide/ Et ecce eqꝰ niger/ et q̄ sedebat sr̄
eu hebat stateꝛ i manꝰ sua/ Et audiui tanq̄ voce i medio q̄or aialiu
dicētez/ bilibris tritici denario vno et tres bi libres ordei denario vno
et vinu et oleum ne leseris/ Et cum appuisset sigillum q̄r-
tum/ audiui vocē quarti animalis dicentis/ Veni et vide

Et ecce equus pallidus. et qui sedebat super illud nomen illi mors
et infernus sequebatur eum. et data est illi potestas super quatuor partes terre
interficere gladio fame et morte et bestiis terre. Et cum aperuisset
quintum sigillum subtus vidi altare dei animas interfectorum propter
verbum dei et propter testimonium quod habebant et clamabant voce ma
gna dicentes usque quo domine sanctus et verus non iudicas et non vindicas
sanguinem nostrum de hiis qui habitant in terra. Et date sunt illis sin
gule stole albe et dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum
donec compleantur numerus conservorum et fratrum eorum qui interficiendi sunt
sicut et illi. Et vidi cum aperuisset sigillum sextum et ecce terre motus factus
est magnus. Et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus. Et luna tota
facta est sicut sanguis. et stelle celi ceciderunt super terram. sicut ficus mittit
grossos suos cum a vento magno movetur. et celum recessit sicut
liber involutus. Et omnis mons et insule de locis suis mote sunt.
Et reges terre et principes et tribuni et divites et fortes et omnis servus
et liber absconderunt se in speluncis et petris montium. Et dicunt
montibus et petris cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum
et ab ira agni quoniam venit dies magnus ire ipsorum. et quis poterit stare etc.

Post hec vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terre · vij ca
et tenentes quatuor ventos terre ne flarent super terram · neque super mare · neque
in ullam arborem Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis
habentem signum dei vivi · et clamavit voce magna ad quatuor angelos
quibus datum est nocere terre et mari dicens Nolite nocere terre · neque arboribus
neque mari · quoadusque signemus servos dei nostri in frontibus eorum / Et au-
divi numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu
filiorum israel / ex tribu iuda xij milia signati / Ex tribu ruben xij milia
signati Ex tribu gad xij milia signati · Ex tribu asser xij milia signati / Ex tri-
bu neptalim xij milia signati Ex tribu symeon xij milia signati / Ex
tribu levi xij milia signati Ex tribu ysachar xij milia signati · Ex tribu za
bulon xij milia signati / ex tribu ioseph xij milia signati Ex tribu be
niamin xij milia signati / post hec vidi turbam magnam quam dinu
merare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis
et stantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis / Et
palme in manibus eorum et clamabant voce magna dicentes Salus
deo nostro qui sedet super thronum et agno / Et omnes angeli stabant in circuitu
throni et seniorum et quatuor animalia et ceciderunt in conspectu throni in facies

suas/ Et adorauerunt deum dicentes Amen Benedictio et claritas et sapientia
et gratiarum actio et honor et virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen
Et respondens unus de senioribus dixit michi/ Hii qui amicti sunt stolis albis
qui sunt et unde venerunt/ Et dixi illi Domine mi tu scis/ Et dixit michi
Hii sunt qui venerunt de tribulatione magna/ et lauerunt stolas suas/ et de al
bauerunt eas in sanguine agni/ Ideo sunt ante thronum dei et seruiunt
ei die ac nocte in templo eius/ Et qui sedet super thronum habitat sup
illos Non esurient neque sitient amplius/ neque cadet super illos sol
neque ullus estus Quoniam agnus qui in medio throni est reget eos
Et deducet eos ad vite fontes aquarum Et absterget deus omnem lacrimam

Et cum apperuisset sigillum septimum factum viii c/ ab oculis eorum
est silentium in celo quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in
conspectu dei et date sunt illis septem tube/ Et alius angelus venit et
stetit ante altare/ habens turibulum aureum/ Et data sunt illi incensa
multa ut daret de orationibus omnium sanctorum super altare aureum/ quod est
in conspectu dei/ Ante thronum/ Et ascendit fumus incensorum de orationibus
sanctorum de manu angeli coram deo/ Et accepit angelus thuribulum et impleuit
illud de igne altaris et misit in terram et facta sunt tonitrua et voces et fulgura

Et terre motus factus est magnus/ Et septe angeli qui hebat septe
tubas paravit se ut tuba canent/ Et primus anglus tuba cecinit
Et facta est grando et ignis mixta in sanguine/ Et missu est in tra
Et tcia ps tre combusta est/ et tcia ps arborum combusta est/ et omne
fenu viride combustu est/ Et scdus anglus tuba cecinit/ et ecce tanq mons
magnus igne ardens missus est in mare/ Et facta est tcia ps maris
sanguis/ et mortua est tcia ps creature que hebat animas in mari/ Et tcia
ps navium interiit/ Et tcius anglus tuba cecinit/ et cecidit de celo
stella magna ardens tanq facula/ et cecidit in tciam ptem fluminum/ Et
in fontes aquarum/ Et nomen stelle dr absinthium/ Et facta est tcia ps aquarum
absinthium/ et multi homines mortui sunt de aquis qr amare facte sunt
Et quartus angelus tuba cecinit/ Et pcussa est tcia ps solis/ et tcia ps
lune et tercia pars stellarum/ ita ut obscuraretur tcia ps eorum/ et diei
et non luceret tcia ps/ et noctis simil/ Et vidi et audivi voce unius
aquile volantis p medium celi dicentis voce magna. ve. ve. ve. habitan-
tibus in tra/ de ceteris vocibus tube trium anglorum qui erant tuba canituri/
ET quintus anglus tuba cecinit/ et vidi stella de celo ix ca
cecidisse in tra. et data e illi clavis putei abissi/ Et apuit puteum

abissi / Et ascendit fumus abyssi sicut fumus fornacis magn̄ / Et ob
scuratus est sol et aer de fumo putei. et de fumo exierunt locuste
in terram / Et data est illis ptās sicut habent ptatem scorpionis terre
et preceptū est illis ne lederent fenū tre / neq; omē viride neq; omeȝ
arborē nisi hoīes q̄ nō habuerunt signū dei in frontibus suis / Et datū
est illis ne occiderent eos / s; ut cruciaret mensibus qnq; et cruciatus eorū
ut cruciatus scorpii cū pcutit hominem / Et in diebus illis querēt hoīes
mortē et non invenient eā Et cupient mori / et fugiet mors ab
ipis / Et siles locustarū similitudies eqs̄ paratis in p̄liū / Et sr̄ capita
earū tanq̄ corone siles auro / Et facies earū sicud facies hoīm / Et ha
bebant capillos sicut capillos mulierū / et dētes earū sicud leonū erāt
Et habebant loricas sicud loricas ferreas / Et vox alarū earū sicud vox
curruū eqs̄ multorū currenciū in bellū / Et habebant caudas siles scor
pionū / Et aculei in caudis earū / et ptās earū nocere hominibus
mensibus qnq; / Et habebant sup se regē angelū abyssi cui nomē
ebraice Abadon. grece autē appollion. et latine habet nomē ex
terminans. Ve unū abijt / Et ecce veniunt adhuc duo ve post hec / Et
sextus angelus tuba cecinit / et audivi vocē unā ex cornibus altaris
quatuor

aurei quod est ante oculos dei dicentem sexto angelo qui habebat tubam
Solue quattuor angelos qui alligati sunt in flumine magno eufraten
Et soluti sunt quattuor angeli qui parati erant in hora et die et mense
et anno vt occiderent terciam partem hominum et numerus equestris exercitus vicies
milies dena milia audiui numerum eorum Et ita vidi equos
in visione Et qui sedebant super eos habebant loricas igneas et
iacinthinas et sulfureas et capita equorum erant tamquam capita leo-
num Et de ore ipsorum procedebat ignis et fumus et sulfur Ab hijs
tribus plagis occisa est tercia pars hominum de igne et fumo et sul
phure qui procedebat ex ore ipsorum potestas enim equorum in ore eorum est
et in caudis eorum Nam et caude eorum similes serpentibus habentes capi
ta Et in hijs nocent et ceteri homines qui non sunt occisi in hijs
plagis neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum vt non
adorarent demonia et simulacra aurea et argentea et erea et
lapidea et lignea que neque videre possunt neque audire neque
ambulare Et non egerunt penitentiam ab homicidijs suis neque a ve-
neficijs suis neque a fornicatione sua neque a furtis suis
Et vidi alium angelum fortem descendentem de celo amictum

nube et yris in capite eius/ Et facies eius erat ut sol et pe
des eius tamquam columpna ignis/ Et habebat in manu sua libellum
apertum/ et posuit pedem suum dextrum super mare. sinistrum autem super
terram/ Et clamavit voce magna quemadmodum leo cum rugit/ et cum
clamasset locuta sunt septem tonitrua voces suas/ Et cum locuta
fuissent tonitrua voces suas ego scripturus eram/ Et audivi vocem
de celo dicentem Signa que locuta sunt super terram septem tonitrua
et noli ea scribere/ Et angelus quem vidi stantem super mare/ Et
super terram levavit manum suam ad celum et iuravit per viventem in secula
seculorum/ qui creavit celum et ea que in illo sunt/ Et terram et ea que
in ea sunt/ Et mare et ea que in eo sunt/ Et quia tempus amplius
non erit/ Sed in diebus vocis septimi angeli cum ceperit tuba
canere/ tunc consumabitur misterium dei sicut evangelizavit per servos
suos prophetas/ Et vocem quam audivi de celo iterum loquentem mecum
et dicentem/ Vade accipe librum apertum de manu angeli stantis super
mare et super terram/ Et abii ad angelum dicens ei ut daret
michi librum/ Et dixit michi/ Accipe librum et devora illum
et faciet amaricare ventrem tuum/ sed in ore tuo erit dulce tamquam

mel et accepi librum de manu angeli et devoraui eum Et erat
in ore meo tamquam mel dulce Et cum deuorassem eum amaricatus est
venter meus et dicit michi oportet te iterum prophetare populis et gen-
tibus et linguis et regibus multis. XI Et datus est michi calamus
similis virge dicens Surge et metire templum dei et altare et adorantes
in eo et habitantes in eo Atrium autem quod est foris templum eice foras et
ne metiaris illud quoniam datum est gentibus et ciuitatem sanctam calca-
bunt mensibus quadraginta duobus Et dabo duobus testibus meis spiritum
prophetie Et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti sac-
cis. Hii sunt due oliue et duo candelabra lucentia in conspectu domini
terre stantes Et si quis voluerit eis nocere ignis exiet de ore eorum et
deuorabit inimicos eorum Et si quis voluerit eos ledere sic oportet eum
occidi Hii habent potestatem claudendi celum ne pluat in diebus prophe-
tie ipsorum Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem Et per-
cutere terram omni plaga quotiescumque voluerint Et cum finierint
testimonium suum bestia que ascendit de abysso faciet aduersus illos bellum
et vincet eos et occidet eos Et iacebunt corpora eorum in plateis
ciuitatis magne que vocatur spiritualiter sodoma et egyptus ubi et

et iacebunt

dns eorum crucifixus est. Et videbunt de populis et tribubus et linguis
et gentibus corpora eorum in tribus diebus et dimidio / Et corpora eorum
non sinent poni in monumentis / et inhabitantes terram gaude-
bunt super illos / et iocundabuntur / et munera mittent invicem quoniam
hii duo prophete cruciaverunt eos qui inhabitant super terram Et post
dies tres et dimidium spiritus vite a deo intrabit in eos / Et steterunt
supra pedes suos / Et timor magnus cecidit super eos qui viderunt
eos / Et audierunt vocem magnam de celo dicentem illis / Ascendite huc
et ascenderunt in celum in nube / et viderunt illos inimici eorum / Et in illa
hora factus est terre motus magnus / et decima pars civitatis cecidit Et
occisi sunt in terre motu nomina septem milia hominum / Et reliqui in timo-
rem missi sunt / Et dederunt gloriam deo celi / Ve secundum abiit / Et ecce
ve tertium veniet cito / Et septimus angelus tuba cecinit / et facte sunt vo-
ces magne in celo dicentes / Factum est regnum huius mundi ~~[struck through]~~
domini nostri et ihesu filii eius Et regnabit in secula seculorum Amen / Et viginti
quatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis ceciderunt
in facies suas / Et adoraverunt deum dicentes / Gratias agimus tibi domine
deus omnipotens / qui es et qui eras / et qui accepisti virtutem tuam magnam

et vexisti et irate sunt gentes / Et advenit ira tua et tempus mor
tuorum iudicare et reddere mercedem servis tuis et prophetis et sanctis et
timentibus nomen tuum pusillis et magnis et exterminandi eos qui cor-
Et apertum est templum domini in celo / xij ca / rumpenerunt terram
et visa est archa testamenti eius in templo eius / Et facta sunt
fulgura et voces et terremotus et ire motus et grando magna /
/ et signum magnum apparuit in celo / mulier amicta stola sole et
luna sub pedibus eius / Et in capite eius corona stellarum duodecim
et in utero habens et clamat parturiens et cruciatur ut pariat / Et visum
est aliud signum in celo / Et ecce draco magnus ruffus habens ca
pita septem et cornua decem et in capitibus suis septem dyademata
Et cauda eius trahebat terciam partem stellarum celi / et dimisit eas
in terram / Et draco stetit ante mulierem que erat paritura / ut cum
peperisset filium eius devoraret / Et peperit filium masculum / qui recturus
erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad
deum et ad thronum eius / et mulier fugit in sollitudinem ubi habebat
locum paratum a deo ut ibi pascat illam diebus mille ducentis sexaginta
Et factum est prelium magnum in celo / michael et angeli eius pre

abat cum dracone/ Et draco pugnabat et angli eius/ et nō valuert
neqz locus inventus est eorum amplius in celo/ Et proiectꝰ est draco
ille magnꝰ serpens antiquus/ qui vocatur dyablus et sathãs/ qui
seducit vniuersum orbem/ proiectus est in terram et angeli eius
cum illo sunt missi/ Et audiui vocem magnam de celo dicentem Nunc
facta est salus et virtus et regnum dei nri/ Et potestas xpi eius/ qz proiec
tꝰ est accusator fratrum nrorum qui accusabat illos ante conspectum dei
nri die ac nocte/ Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni/ et propter
verbum testimonij sui/ et nō dilexerunt animas suas vsqz ad mortem/ Propterea
letamini celi et qui habitatis in eis/ Ve terre et mari qz descendit dyabolus
ad vos habens iram magnam/ sciens qz modicum tempus habet/ Et postquam
vidit draco quod proiectus est in terram persecutus est mulierem que peperit
masculum/ et date sunt mulieri due ale aquile magne ut volaret
in desertum in locum suum/ vbi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis a fa
cie serpentis/ Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tamquam
flumen vt eam faceret trahi a flumine/ Et adiuuit terra mulierem/ Et
aperuit terra os suum absorbuitqz flumen quod misit draco de ore
suo/ Et iratus est draco in mulierem/ Et abiit facere prelium cum reliquis

ersenmē eius qui custodiunt mādata dei et hent testiom ihu xiii
Et steti super arena maris · et uidi de mari bestia ascendētē
habetem capita septē et cornū decem / et sup cornua eius decē dya
demata / et sup capita eius nōia blasfēie / Et bestia quā uidi silis
erat pardo / et pedes eius sicut ursi / et os eius sicut os leonis / Et
draco dedit illi virtutē suā et ptatem magnā / Et vidi vnū de ca
pitibus suis qsi occisū in morte / et plaga mortis eius curata est
Et admirata est uniūsa tra post bestiam / et adorauūt dracone
q̄ dedit ptatem bestie / Et adorauūt bestia dicētes / quis silis bestie
et quis potīt pugnare cū ea / Datū est ei os loques magna et blasfe
mias / et data est illi ptās facere meses quadraginta duos / Et apuit
os suū in blasfemias ad deū blassemare nōm eius et thaber
naculū eius / et eos qui in celo hitant / Et datū est illi bellū
facere cū scīs et vincere eos Et data est illi ptās in om̄e
tribū et ppl̄m et linguam et gentem / Et adorabūt eam os
qui inhitant tram / quorū non sūt scripta nomina in libro uite
agni qui occisus est ab origine mūdi Si quis habet aures
audiat / q̄ in captiuitate duxit in captiuitatē vadāt / qui in gladio

occidi oportet eum gladio occidi / hec est paciencia et fides sanctorum
Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra / et habebat cornua duo
similia agni / Et loquebatur sicut draco / et potestatem prioris bestie omnem fa
ciebat in conspectu eius / Et fecit terram et habitantes in ea adorare bestiam
primam cuius curata est plaga mortis. et fecit signa magna ut eciam ignem
faceret de celo descendere in terram in conspectu hominum / et seducit
habitantes terram propter signa que data sunt illi facere in conspectu bestie /
dicens habitantibus in terra ut faciant ymaginem bestie / que habet
plagam gladii et vixit / Et datum est illi ut daret spiritum ymagini be
stie et ut loquatur ymago bestie. Et faciat ut quicumque non adoraverint
ymaginem bestie occidantur / Et faciet omnes pusillos et magnos et
divites et fortes et liberos et servos habere caracterem in dextera
manu aut in frontibus suis ut ne quis possit emere aut vendere
nisi qui habet caracterem nominis bestie aut numerum nominis eius /
Hic sapiencia est / qui habet intellectum computet numerum bestie. Numerus enim
hominis est. Et numerus eius est sex centi sexaginta sex / xiiii capitulum
Et vidi et ecce agnus stabat supra montem syon et cum illo
centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius

scriptu in frontibus suis / Et audivi voce de celo tamq̄ voce aqua
multaꝝ et tamq̄ vocem tonitrui magni Et voce quā audivi sicut
cytharedoꝝ cytharisancium in cytharis suis Et cantabant qsi canticu
novum ante sedem dei et ante q̄tuor animalia seniores Et nemo
poterat dicere canticu nisi centu q̄dragīta q̄tuor milia qui
empti sunt de terra / hy sunt qui cum mulieribꝫ non sunt coinquinati
virgines enim sunt / hy sunt qui sequuntur agnum q̄cumq̄ ierit / hy empti
sunt ex omnibꝫ primitie deo et agno et in ore ipsoꝝ non est inve-
tu mendaciu sine enim macula sunt ante thronu dei / Et vidi alterū
angelu volantem per mediu celu habentē ewangeliu eternu ut
ewangelisaret sedentibus sup terra / Et sup omnem gentem et tribum
et linguam et populum dicens voce magna / Timete dnm et date illi
honorē qr venit hora iudicij eius Et adorate eum qui fecit celu et terra
mare et fontes aquaꝝ / et oīa que in eis sunt // Et alius angelus
cecidit secutus est dicens Cecidit babilon civitas illa magna que a vino
ire fornicationis sue potavit omnes gentes / Et alius angelus
tercius secutus est illos dicens voce magna Si quis adoraverit bestia
et ymaginem eius et accepit caractere in fronte sua aut in manu

sua. Et hic bibet de vino ire dei quod mixtum est mero in calice ire
ipsius. Et cruciabitur igne et sulfure in conspectu angelorum sanctorum et
ante conspectum agni. et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet.
Nec habent requiem die ac nocte qui adoraverunt bestiam et yma-
ginem eius. Et si quis acceperit caractere nominis eius. Hec est pa
cia sanctorum et qui custodiunt mandata dei. et fidem ihesu. Et audivi
vocem de celo dicentem michi. Scribe, beati mortui qui in domino moriuntur
A modo enim iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Opera enim
illorum secuntur illos. Et vidi et ecce nubem candidam. et super nube
candidam sedentem similem filio hominis habentem in capite suo coronam
auream et in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exivit de templo
clamans voce magna ad sedentem super nubem dicens Mitte falcem tuam
et mete. quia venit hora ut metatur quoniam aruit messis terre. Et misit
ille qui sedebat super nube falcem suam in terram et messuit terram. Et alius
angelus exivit de templo quod est in celo habens et ipse falcem acutam.
Et alius angelus exivit de altari qui habet potestatem super ignem. Et clamavit
voce magna ad eum qui habet falcem acutam dicens. Mitte falcem tuam
acutam et vindemia botros vinee terre quoniam mature sunt uve eius.

Et misit angelus falcem suam in terram / Et vindemiavit vineam
terre. et misit in lacum ire dei magnum et calcatus est lacus ciuit
extra ciuitatem. Et exiuit sanguis de lacu usque ad frenos equorum
per stadia mille sexcenta | capitulum apocalypsis quindecimum | Et vidi aliud signum
in celo magnum et mirabile / angelos septem habentes septem plagas
novissimas / quoniam in illis consumata est ira dei. Et vidi tamquam mare
vitreum mixtum igne. et eos qui vicerunt bestiam et ymaginem
eius. et numerum nominis eius. stantes supra mare vitreum habentes
cytharas dei / et cantantes canticum moysi servi dei / et canticum agni di-
centes / magna et mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens
iuste et vere sunt vie tue rex seculorum / quis non timebit te domine
et magnificabit nomen tuum / quia solus pius es / quoniam omnes gentes
venient et adorabunt in conspectu tuo quoniam iudicia tua manifesta sunt / Et
post hec vidi et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii
in celo / Et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo
vestiti lapide mundo et candido. et precincti circa pectora sua zonis
aureis / Et unum de quattuor animalibus dedit septem angelis septem phi-
alas aureas plenas iracundia dei viventis in secula seculorum. Et impletum

est templum dei fumo a maiestate dei et de virtute eius et nemo
poterat introire in templum donec consummarentur septem plage septem

Et audivi vocem magnam de celo dicentem septem xvi c angelis
angelis ite et effundite septem phialas ire dei in terram et abiit primus
angelus et effudit phialam suam in terram et factum est vulnus
sevum ac pessimum in homines qui habebant caracterem bestie
et eos qui adoraverunt bestiam et ymaginem eius et secundus angelus
effudit phialam suam in mare et factus est sanguis tanquam mortui
et omnis anima vivens mortua est in mari et tercius effudit
phialam suam super flumina et super fontes aquarum et factus est san-
guis. Et audivi angelum aquarum dicentem iustus es domine qui
es et qui eras sanctus qui hec iudicasti quia sanguinem sanctorum et prophetarum
effuderunt et sanguinem eis ~~fudisti~~ dedisti bibere digni enim sunt
Et audivi alterum [angelum] dicentem etiam domine deus omnipotens vera et iusta sunt iudi-
cia tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem et datum
est illi estu affligere homines et igni et estuaverunt homines estu
magno et blasfemaverunt nomen dei viventis habentis potestatem super
has plagas neque egerunt penitenciam ut darent illi gloriam Et quintus

angelus effudit phialam sua sup sedem bestie et factu est reg
eius tenebrosum / Et comanducauert linguas suas p dolore et
blasfemauerit deu celi p doloribg et voluibus suis / Et no ege
rut pniam ex opibg suis / Et sexto angelg effudit phialam
sua in flume illud magnu eufraten / et siccauit aqs eius ut
pparet via regibg ab ortu solis / Et vidi de ore draconis et de
ore bestie et de ore pseudo pphe / spus tres in mundos exire in
mod ranaz / Sut em spus demonioz facietes sign / et procedunt
rut ad reges totius tre congregare illos in pliu ad die mag
dei omipotet / Et ecce venit sicut fur / Btus qui vigilat et custo
dit vestimeta sua / ne nudus ambulet / ne videat turpitudiez eig
Et ggregabit illos in locu qui vocat hebraice armagedon / Et
septig angelus effudit phiala sua in aere / Et exiuit vox mag
de teplo a trono dices / factu est / Et facta sut fulgura et voces et to
nitrua. et tre motg factg est magnus / qualis nuq fuit / Ex q
homines fuerit sup tra / talis tre motus sit magnus / Et facta
est ciuitas illa magna in tres ptes / et ciuitates gentiu ceciderut
Et babilon mag venit in memoriam ante deu / dare ei calice

vini indignationis ire eius Et omnis insula fugit/ Et montes non
sunt inventi et grando magna sicut talentum descendit de celo in homines
Et blasfemaverunt homines deum propter plagam grandinis/ quoniam magna
est facta vehementer xvii capitulum Et venit unus de septem an-
gelis qui habebat septem phialas et locutus est mecum dicens Veni
ostendam tibi dampnationem meretricis magne/ que sedet super aquas
multas. cum qua fornicati sunt reges terre/ et inebriati sunt qui inhabitant
terram de vino prostitutionis eius/ Et abstulit me in desertum in spiritu
Et vidi mulierem sedentem super bestiam [struck] coccineam. plenam nominibus
blasfemie habentem capita septem et cornua decem Et mulier erat cir-
cumdata coccino et purpura/ et inaurata auro et lapide precioso et mar-
garitis habens poculum aureum in manu sua plenum abhominatione
et inmundicia fornicationis eius/ Et in fronte eius nomen scriptum
misterium/ babylon magna mater fornicationum et abhominationum
terre Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine
martirum ihesu/ Et miratus sum cum vidissem mulierem illam ad-
miratione magna/ Et dixit michi angelus/ quare miraris/ Ego
dicam tibi sacramentum mulieris/ et bestie que portat eam que habet

capita septem et cornua decem Bestia quam vidisti fuit et non
est/ et ascensura est de abysso/ et in interitu ibit et mirabuntur
inhabitantes terram/ quorum nomina non sunt scripta in libro vite
a constitucione mundi/ videntes bestiam que erat et non est/ Et
hic est sensus illi qui habet sapienciam Septem capita septem montes
sunt super quos mulier sedet/ Et reges septem sunt/ quinque ceciderunt/
vnus est/ et alius nondum venit/ Et cum venerit oportet illud breue
tempus manere Et bestia que erat/ et non est/ ipsa octaua est/ et
de septem est/ et in interitum vadet/ Et decem cornua que vidisti
decem reges sunt/ qui regnum nondum acceperunt/ sed potestatem tamquam reges
vna hora accipient post bestiam/ Hii vnum consilium habent/ et virtutem
et potestatem suam bestie tradent Hii cum agno pugnabunt/ Et agnus
vincet illos/ quoniam dominus dominorum est/ et rex regum Et qui cum
illo sunt vocati et electi fideles/ Et dixit michi/ Aquas quas vidi
sti vbi meretrix sedet/ populi sunt et gentes et lingwe/ Et decem
cornua que vidisti in bestia/ hii odient fornicariam et desolatam
faciet illam et nudam/ et carnes eius manducabunt/ Et ipsam igni
concremabunt Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod illi placitum

est / ut dent regnum suum bestie donec consumentur verba dei / Et mulier
quam vidisti civitas magna est que habet regnum super reges terre
Et post hec vidi alterum angelum descendentem de celo XVIII
habentem potestatem magnam. et terra illuminata est a gloria eius / Et ex
clamavit fortiter dicens Cecidit cecidit babilon magna. et facta est
habitacio demoniorum / et custodia omnis spiritus inmundi. et custodia omnis
volucris inmunde et odibilis / quia de vino fornicationis eius biberunt
omnes gentes et omnes reges terre cum illa fornicati sunt / Et mercatores
terre de virtute deliciarum eius divites facti sunt / Et audivi aliam vocem
de celo dicentem / Exite de illa populus meus et ne participes sitis delic
tarum eius Et de plagis eius non accipiatis / quoniam pervenerunt peccata eius
usque ad celum Et recordatus est dominus iniquitatum eius / Reddite illi sicut
ipsa reddidit vobis / Et duplicate duplicia secundum opera eius In po
culo quo miscuit vobis / miscete illi duplum / quantum glorificavit se et
in deliciis fuit / tantum date illi tormentum et luctum / quia in corde
suo dicit Sedeo ut regina et vidua non sum. et luctum non videbo
Ideo in una die venient plage eius. mors et luctus et fames. et
igni comburetur / quia fortis est deus qui iudicabit illam Et flebunt. et plangent se

sup illaz reges tre qui cum illa fornicati sut / et in delicijs eius vixe
vut cum viderit fumum incendij eius / longe states pter tiorem
tormetorz eius dicetes. ve ve ciuitas illa mag babilon. ciuitas
illa fortis / qm venit vna hora iudicium tuu. Et negociatores tre
flebut et lugebut super illam / qm merces eorz nemo emet
amplius merces auri et argenti et lapidis pciosi / et margarite
et byssi et ppure et serici et cocci / Et omne lignum thinum. et oia
vasa eboris / et omnia vasa de lapide pcioso. et eramto et ferro
et marmore et cynamomum et amom / et odoramtorz et vn-
guenti / et thuris et vini et olei et sile et tritici et iumetorz. et
ouium et equorz et redarz / et mancipiorz. et amarz hom / Et po
ma tua desiderij anie tue discesserut a te / et omnia pinguia
tua et clara perierut a te / Et amplius illa iam non inveniet
mercatores horu qui diuites facti sut / Ab ea ciuitate longe
stabut pter timore tormetorz eius. flentes ac lugetes et
dicetes / ve ve ciuitas illa mag que amicta erat bysso et ppu
ra et cocco / deaurata est auro et lapide pcioso et margaritis /
qm vna hora destitute sut tate diuitie / Et omnis gubnator /

et omnes qui in lacu illo navigavit / Et naute et qui in mari operantur
longe steterunt et clamaverunt videntes fumum incendii eius dicentes
Que similis civitati huic magne. Et miserunt pulverem super capita
et clamaverunt flentes et lugentes dicentes ve ve civitas illa
magna in qua facti sunt divites omnes qui habent naves in mari de
preciis eius / quoniam una hora desolata est / Exultate super eam celum
et sancti apostoli et prophete / quoniam iudicavit deus iudicium vestrum de illa /
et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et
misit in mare dicens / Hoc impetu mittetur babilon magna civi-
tas illa. et ultra iam non invenietur nec vox cytharedorum et
musicorum / et tybia canencium. et tuba non audietur in te amplius / Et omnis
artifex et omnis artis non invenietur in te amplius / Et vox mole non
audietur in te amplius / Et lux lucerne non lucebit tibi amplius / Et
vox sponsi et sponse non audietur adhuc in te amplius / quia merca-
tores tui erant principes terre / quia in veneficiis tuis erraverunt omnes
gentes et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est et omnium qui
interfecti sunt in terra xix capitulum Post hec audivi vocem magnam
tamquam tubarum multarum in celo dicencium / Alleluia. laus et gloria et virtus

deo nro est / quia vera et iusta iudicia eius sunt / quia iudicauit de
meretrice magna que corrupit terram in prostitucione sua · et vin:
dicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius / Et iterum dixerunt alla
et fumus eius ascendit in secula seculorum / Et ceciderunt viginti quatuor
seniores · et quatuor animalia ceciderunt et adorauerunt deum sedentem
super thronum dicentes / amen alla / Et vox de throno exiuit dicens / laudem
dicite deo nro omnes sancti eius · et qui timetis eum pusilli et ma:
gni / Et audiui quasi vocem tube magne et sicut vocem aquarum multarum
et sicut vocem tonitruum magnorum dicentium alla / quoniam regnauit
dns deus noster omnipotens Gaudeamus et exultemus et demus gloriam
ei / quia venerunt nuptie agni / et uxor eius preparauit se / Et datum
est illi ut cooperiat se bissino splendenti et candido et expoliat
se Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum Et dixit michi Scribe beati
qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt / Et dixit michi hec ver
ba dei vera sunt / Et cecidi ad pedes eius vt adorarem eum / Et dixit
michi vide ne feceris / Conseruus tuus sum / et fratrum tuorum haben
tium testimonium ihu / deum adora / Testimonium enim ihu est spiritus prophetie
Et vidi celum apertum / Et ecce equus albus / et qui sedebat super eum

vocabatur fidelis et verax / Et in iustitia iudicat et pugnat / Oculi
autem eius sicut flamma ignis / et in capite eius diademata multa /
habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse / et vestitus erat veste
aspersa sanguine. et vocatur nomen eius verbum dei / et exercitus qui sunt
in celo sequebantur eum in equis albis / vestiti bissinum album mundum. Et
de ore ipsius procedebat gladius ex utraque parte acutus / ut in ipso per
cutiat omnes gentes / et ipse reget eos in virga ferrea / Et ipse calcabit
torcular vini furoris ire dei omnipotentis / Et habet in vestimento
et in femore suo scriptum / rex regum et dominus dominantium / Et vidi
unum angelum stantem in sole / et clamavit voce magna dicens omnibus avibus
que volabant per medium celi / venite congregamini ad cenam magnam
domini dei / ut manducetis carnes regum. et carnes tribunorum. et car:
nes fortium / et carnes equorum et sedentium in ipsis / et carnes omnium liberorum
ac servorum et pusillorum et magnorum / Et vidi bestiam et reges terre et
exercitus eorum congregatos ad faciendum prelium cum illo qui sedebat in equo
et cum exercitu eius / Et apprehensa est bestia. et cum illa pseudo propheta /
qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos / qui acceperunt caracterem be:
stie. et qui adoraverunt ymaginem eius / vivi missi sunt isti duo in stagnum

ignis ardentis sulfure/ Et ceteri occisi sunt gladio sedentis super
equm qui procedit de ore ~~paganorum~~ ipius Et omnes aves satu
Et vidi angelum descendentem/ xx c / rate sunt carnibus eorum
de celo habentem clavem abyssi et cathenam magnam in manu sua/
et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabolus et sa
thanas et ligavit eum per annos mille/ et misit eum in abyssum/ et
clausit/ et signavit super illum ut non seducat amplius gentes donec
consumentur mille anni/ post hec oportet illum solvi modico tempore
Et vidi sedes/ et sederunt super eas/ et iudicium datum est illis/ Et
vidi animas decolatorum propter testimonium ihesu Et propter verbum dei/ Et
qui non adoraverunt bestiam neque ymaginem eius/ Neque accepe
runt caractere in frontibus suis aut in manibus suis/ Et vixerunt
et regnaverunt cum xpo mille annis/ Ceteri mortuorum non vixerunt
donec consumentur mille anni/ hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus
qui habet partem in resurrectione prima/ In hiis secunda mors non habet
potestatem/ Sed erunt sacerdotes dei et xpi/ Et regnabunt cum illo mille
annis/ Et cum consumati fuerint mille anni solvetur sathanas de carcere
suo et exibit/ et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre gog et

et magog / et congregabit eos in prelium / quorum numerus est sicut arena
maris / Et ascenderunt super latitudinem terre et circuierunt / et inve-
nerunt civitatem sanctorum / et castra dilecta. et descendit ignis
de celo a deo et devoravit eos / Et dyabolus qui seducebat eos missus
est in stagnum ignis et sulfuris / ubi et bestia et pseudo propheta cruci-
abuntur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candi-
dum et sedentem super eum / a cuius conspectu fugit terra et celum / Et locus
non est inventus ab eis / Et vidi mortuos magnos et pusillos
stantes in conspectu throni / Et libri aperti sunt / Et alius liber apertus
est qui est liber vite / et iudicati sunt mortui ex hiis que scripta erant
in libris secundum opera ipsorum / Et dedit mare mortuos suos qui in eo erant /
et mors et infernus dederunt mortuos qui in ipsis erant / Et iudi-
catum est de singulis secundum opera ipsorum / Et infernus et mors missi sunt
in stagnum ignis / Hec mors secunda est stagnum ignis / Et qui non est
inventus in libro vite scriptus / missus est in stagnum ignis. xxi

Capitulum

Et vidi celum novum et terram novam. primum enim celum
et prima terra abiit / Et mare iam non est / Et ego iohannes vidi ci-
vitatem sanctam ierusalem novam descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam

ornatā viro suo / Et audiui vocem magnā̄ dicētem de throno
Ecce thabernaculū dei cū hoībꝰ et hītabit cum eis / Et ipi pplꝰ
eius erūt / Et ipe deus cū eis erit eorꝝ deus / Et absterget deus
omēꝫ lacrimā ab oclis eorꝝ / et mors ulterius nō erit neqꝫ luctꝰ neqꝫ
clamor / neqꝫ dolor vllꝰ erit quia prima abierunt Et dixit qui
sedebat in throno / Ecce noua facio omnia. Et dixit michi / scribe
quia hec vba fidelissima sunt et vera / Et dixit michi factū est / Ego
sum alpha / et ω initiū et finis / Ego sitienti dabo de fonte
aque viue gratis / Qui vicerit possidebit hec. Et ero illi deus
et ipe erit michi erit filius Timidis aute et incredulis et exe:
cratis et homicidis et fornicatoribꝰ / Et veneficis / et ydolatris et oībꝰ
mendacibꝰ / pars illorū erit in stagno ardenti igni et sulfure. quod
est mors scda / Et venit vnꝰ de septē angelis habentibus septe phialas
plenas septē plagis nouissimis / et locutꝰ est mecū dicēs / veni
ostendā tibi sponsam vxorem agni / Et sustulit me in spū in
montē magnū et altū / Et ostendit michi ciuitatē scām ierlm
descendentem de celo / a deo habentē claritatē dei / Et lumen eius simile
lapidi precioso / tamqꝫ lapidi iaspidis sicut cristallū / Et habebat

lipsis

murum magnum et altum habentem portas duodecim / Et in portis
angelos duodecim et nomina scripta que sunt nomina duodecim tribuum
filiorum israel / ab oriente porte tres / ab aquilone porte tres · ab austro
porte tres / et ab occasu porte tres / Et murus civitatis habens fundamenta
xii / Et super ea duodecim fundamenta nomina apostolorum et agni / Et qui loque-
batur mecum habebat mensuram arundineam auream · ut metiretur
civitatem et portas eius et murum / Et civitas in quadro posita est
/ Et longitudo eius tanta quanta et latitudo / Et mensus est civitatem
de arundine aurea per stadia duodecim milia · longitudo et lati-
tudo / Et altitudo eius equalia sunt / Et mensus est murum eius centum
quadraginta quatuor milia cubitorum / mensura hominis que est angeli
Et erat structura muri eius ex lapide iaspide / Ipsa vero civitas
aurum mundum simile vitro mundo / Et fundamenta muri civitatis omni
lapide precioso ornata / fundamentum primum iaspis / secundus zaphirus
tercius calcedonius / quartus smaragdus / quintus sardonix / sextus
sardius / septimus crisolitus / octavus berillus · nonus topasius
decimus crisopassus · undecimus iacinctus / duodecimus ametistus / Et xii
porte xii margarite sunt per singulas / Et singule porte erant ex

singulis margaritis / Et platee ciuitatis aurum mundum tamquam vitrum
perlucidum / et templum non vidi in ea / Dominus enim deus omnipotens
templum illius est et agnus / Et ciuitas non eget sole neque luna
ut luceat in ea / Nam claritas dei illuminabit eam / et lucerna
eius est agnus / Et ambulabunt gentes in lumine eius / et re:
ges terre afferent gloriam et honorem in illam / Et porte eius non
claudentur per diem / Nox enim non erit illic / et afferent gloriam et ho:
norem gentium in illam / Nec intrabit in eam aliquod coinquinatum
et faciens abhominationem et mendacium nisi qui scripti sunt in libro vite

ET ostendit michi fluuium aque viue xxii ca / et agni
splendidum tamquam cristallum / procedentem de sede dei et agni in medio
platee eius et ex utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus
xii per menses singulos reddens fructum suum / Et folia ligni
ad sanitatem gentium / Et omne maledictum non erit amplius
Sed sedes dei et agni in illa erunt / Et serui illius seruient illi / Et vi
debunt faciem eius / et nomen eius in frontibus eorum / et nox ultra
non erit / et non egebunt lumine lucerne neque lumine solis quoniam dominus deus
illuminabit illos / Et regnabunt in secula seculorum / Et dixit michi

angelus. Hec verba fidelissima sunt et vera / et dominus deus spirituum prophe-
tarum misit angelum suum ostendere servis suis / que oportet fieri
cito / Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetie libri
huius. Ego iohannes qui audiui et vidi hec / et postquam audissem et vi-
dissem cecidi ut adorarem ante pedes angeli / qui michi ostende-
bat hec. Et dixit michi / vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum et
fratrum tuorum prophetarum / Et eorum qui seruant verba prophetie libri huius / deum
adora. Et dixit michi / ne signaueris verba prophetie libri huius / tempus
enim prope est / qui nocet noceat adhuc / et qui in sordibus est sorde-
scat adhuc / et iustus iusticiam faciat adhuc / Et sanctus sanctificetur adhuc.
Ecce venio cito / et merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera
eius / Ego sum alpha et o / primus et nouissimus / principium et finis.
Beati qui lauant stolas suas ut sit potestas eorum in ligno vite / et per
portas intrent in ciuitatem sanctam / et foris canes. et venefici. et impu-
dici et homicide. et ydolis seruientes / Et omnis qui amat et facit
mendacium. Ego ihesus misi angelum meum testificari vobis hec in
ecclesiis. Ego sum radix iesse et genus dauid stella splendida et
matutina / Et sponsus et sponsa dicunt veni / Et qui audit dicat veni

Et qui sitit veniat et qui ~~vult~~ venit accipiat aqua vite gratis. Contestor ego omni audienti verba prophecie libri huius Si quis apposuerit ad hec apponet deus super illud plagas scriptas que sunt in libro isto Et si quis diminuerit de verbis libri huius prophecie auferet deus partem eius de libro vite et de ciuitate sancta et de hiis que scripta sunt in libro isto Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito Amen. Veni domine ihesu. Gracia domini nostri ihesu cristi cum omnibus nobis Amen

Iste liber est conpletus Per Stanislaum de Szychlino scriptus per discretum Martinum clericum Wladislawiensis dyocesis Anno domini M° CCCC° xxiiii° cetera

Emptus vero per magistrum paulum pasthonis de pydtkowa pro duabus marcis et uno fertone







Iste Reuerende hic apparo
Vir Venerabilisimi liber

